SACRA RITVVM CONGREGATIONE

Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali

CARPINEO

TVLLEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

PETRI FORERIJ

Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini Congregationis Saluatoris Noſtri Præpoſiti Generalis, & Reformatoris, ac Monialium d. Ordinis Congregationis Noſtræ Dominæ nuncupatarum Inſtitutoris.

NOVÆ ANIMADVERSIONES

Reuerendiſſimi Fidei Promotoris

Cum Reſponſionibus ad eaſdem.

SVPER DVBIO:

An conſtet de Virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate, & Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis in caſu, & ad effectum, de quo agitur.

ROMÆ, Typis Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, MDCCIX.

NAPOLI

Digitized by Google

TVLLEN.

Beatificationis, & Canonizationis VEN. SERVI DEI PETRI FORERIJ.

NOVÆ ANIMADVERSIONES Reuerendiſſimi Fidei Promotoris.

Beatiſsime Pater.

1 HABITA fuit coram Sanctitate Veſtra, Sacrorum Rituum Congregatio die 22. Nouembris 1707., & quia, ob tarditatem horæ, eadem terminari non potuit, fuit reaſſumpta die 29. eiuſdem menſis, & anni. Fuit in hac Congregatione diſputatum Dubium præinſertum, nec vlla à Sanctitate Veſtra prodijt reſolutio. Acciris deindè Secretario Congregationis, & me Coadiutore Archiepiſcopi Mirenſis Fidei Promotoris, mentem ſuam aperire dignata eſt, demandando quòd Congregatio iterum cogeretur, & quod, hac eadem cauſa repropoſita, iterùm ſuper prædicto Dubio Virtutum Domini Conſultores, & Eminentiſſimi Cardinales ſuffragia præſtarent. Cum autem mei muneris ſit difficultates proponere, eaſdem referam, & ne vlla confuſio exoriatur, operæ pretium eſſe cenſeo vnam ab alia diſtinguere, & ſeparare, iuxtà ſiquidem methodum conſuetam, pleniores fuerunt exaratæ animaduerſiones ab Archiepiſcopo Mirenſi, quæ extant in poſitione magna huius Cauſæ.

Prima Difficultas.

2. DEI Seruus conſuluit Monialibus Vrbis Luxemburgenſis, vt potiùs Monaſterium deſererent, quam Habitu Religionis induerent Puellam ex illegitimis natalibus ortam, & ſi Fundatoris Sororem.

3. Hoc factum deſumitur à Teſte, quæ non ſolùm audiuit à Monialibus ipſis Luxemburgenſibus, ſed etiam legit Epiſtolam Dei Serui, in qua hoc conſilium exponebat, *vt in Summario magno pag.*232. §.24., in quibus circumſtantijs de veritate facti dubitandum non eſt, quia licèt Teſtis ſit vnica, deponere tamen videtur iunctis adminiculis, velutì ponderant

Cæſar de Graſſis deciſ.3. num.5. de Probat. Rota coràm Bichio deciſ.160. num.3. coràm Ludouiſ. deciſ.247. num.6. coràm Arguell. deciſ.5. num.9. coràm Emerix Iuniore deciſ.952. num.28., & deciſ.87. num.12. par.6. Recentior., & quod præcipuè notatu dignum eſt, Teſtis hæc fuit inducta, & producta à Poſtulatoribus, in quo rerum ſtatu probat, licèt ſit vnica, vt in terminis cauſarum criminalium, quibus præſentes Cauſæ æquiparantur, ponderat *Farinacc. de Teſtibus quæſt.62. nu.233., iunctis numeris 236., & 237.*

4. Admiſſa Veritate facti, Dei Seruus defeciſſe videtur in Virtute Prudentiæ. Actus enim Prudentiæ tres communitèr aſſignantur, primus eſt rectè iudicare quidnam ſit agendum; Secundus conſiliari quid ſit melius facere, vel non facere. Tertius deniquè præcipere, vt fiat hoc, aut illud, velut ponderat clar. mem. Cardinalis de Aguirre in ſuo *Tractat. de Virtutibus, & Vitijs diſputat.11. quæſt.3. ſect.2. num.20.* Dei Seruus conſulendo deſertionem Monaſterij, & conſequentèr exitum Monialium, vt proprio arbitrio diuerterent quo vellent, nè Puella illegitima admitteretur, non videtur rectè indicaſſe quid eſſet agendum, nec conſuluiſſe id quod erat re vera melius facere, quinimò peiora (abſit iniuria verbo) præcepiſſe, & ſic à primo ad vltimum defeciſſe videtur in Virtute Prudentiæ.

5. Attento ſignantèr, quod nulla extat in Iure Canonico prohibitio nè illegitimi admittantur ad habitum, & profeſſionem Regularem. Summus Pontifex Sixtus Quintus nonnullas ſuper hac re edidit Conſtitutiones; At Gregorius XIV. illas ex parte abrogauit, permiſitque, vt illegitimi ad habitum, & Profeſſionem Regularem admitti poſſent, ſi bonam indolem præſeferant, & eis tot merita ſuffragentur, vt natalium ſuppleant defectum. Pleniſſimè *Azzor. inſtitut. moral. Tom. primo libr.12. cap.3. quæſt.8.* Et in ſpecialibus terminis Monialium, licèt loquendo de Religioſis illegitimis non poſſint ijdem obtinere Dignitates, & Prælaturas, niſi præuia diſpenſatione Apoſtolica; quod nihilominùs prædictæ Moniales poſſint ad Officium, & Dignitatem Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, aut ad alia munera Monaſterij eligi, nulla accedente diſpenſatione, firmat *Nouar. in ſumma Bullar. in Commentar.78. num.18.*, Secluſa prohibitione Iuris Canonici, eò fortius viget aſſumptum, quod Dei Seruus defeciſſe videtur in prudentia quando conſuluit deſertionem Monaſterij, nè illegitima inter Moniales admitteretur.

6. Haud vrgente reſponſione à Poſtulatoribus afferenda, quod ſi non vrgebat Ius Canonicum, obſtabant Conſtitutiones particulares Monaſterij, ſiuè Ordinis à Summo Pontifice confirmatæ, quia ſemper videtur verum eſſe dicere, quod omnis alius modus præter deſertionem Monaſterij erat inſinuandus nè illegitima admitteretur. Qualitates enim potius Puellæ erant diligentèr inueſtigandæ, & ſi eadem erat Bonis moribus prædita, poterat ex vna parte admitti Puella, & ex alia vigere rigor Conſtitutionum, obtenta videlicèt diſpenſatione Apoſtolica, quæ in his circumſtantijs optimo Iure poterat concedi, & conceſſa fuiſſet. *Textus in Canon. Cenomanenſem, & in Can. quia ſimplicitèr diſtinct.56., & in Can. tali Coniugio prima quæſt.7.* multoque magis cum ageretur de Puella quidem illegitima, ſed Sorore Comitis de Mansfeldt Viri Nobilis, & Fundatoris. Nobilitas autem faciliorem reddit diſpenſationem. Et Eccleſia conſueuit ſe gratam exhibere non ſolùm Fundatoribus, Sed etiam cæteris, qui fundatoribus ſint coniuncti ſtrictiſſimo conſanguinitatis gradu, *Text. in Can. quicunque 16. quæſt.7.* Temperamentum diſpenſationis non fuit à Dei Seruo Propoſitum, ſed ipſe abſque vllo examine morum Puellæ deſertio-

ſertionem ſuaſit Monaſterij. Rectè itaque non iudicauit, nec ſuaſit id quod erat melius, ac ſic vti ſæpè dictum eſt defeciſſe videtur in virtute Prudentiæ.

Secunda Difficultas.

7. DEI Seruus exprobrauit tamquam adulatorem Affinem ſuum, qui ipſum appellauerat Sanctum, & eundem, iniectis manibus ſuper humeris, eiecit è collocutorio Monialium.

8. Factum mox memoratum deducitur ex Teſte 161. in Proceſſu remiſſoriali Tullenſi, & conſonat Vita Serui Dei, iuxtà ea quæ habentur in animaduerſionibus Archiepiſcopi Mirenſis Fidei Promotoris *pag.* 25. *num.*56., & ſic ſibi vindicant locum omnia illa, quæ in expendenda prima difficultate deducta ſunt in ordine ad fidem præſtandam vnico Teſti adminiculato, & à Poſtulatoribus producto.

9. In hoc facto tria ſunt adnotandanda, modeſtia videlicèt Dei Serui, qui nullo modo voluit Sanctus appellari, ira eiuſdem, quæ impulit ad denominandum Affinem ſuum adulatorem, nec non ira, qua mediante manus iniecit, & prædictum Affinem expulit è collocutorio Monialium. Modeſtia autem maximoperè laudanda eſt, & commendanda, ſed de reliquis actibus ſubſequentibus ſimile non videtur ferendum eſſe Iudicium; Iraſci ſiquidem ſecundum rationem rectam laudabile eſt, at in ira malum inuenitur, quando aliquis iraſcitur plus, vel minus præter rectam rationem, *S. Thomas* 2. 2. *quæſt.*158. *artic.*1. *in corpore*.

10. Fortiùs; Affinis ille Dei Serui non erat Adulator, nec illum appellando Sanctum, dici valet, quod adulationem commiſerit; quia Adulator ille eſt, qui ideò dat conſenſum, nè offendat eum quem optat habere propitium, *Teſte Sancto Auguſtino in quæſt. de noue Teſtam. quæſt.* 51. *oper. Tom.*4. *edition. Lugdunen.*, & adulatio ab eodem Sancto Doctore definitur, fallaci laude ſeductio, vti legitur in *Homilia* 20. *cap. primo oper. Tom.*10. *eiuſdem editionis*. Hæc autem omnia cum nullo modo applicari poſſint perſonæ, aut dicto Affinis, iam ſumus in claris, quod ipſe non erat Adulator, & ſic ſi talem Dei Seruus ipſum appellauit, non videtur quod excuſari poſſit à peccato, iuxtà illud *Matth. cap.*5. = *Qui autem dixit fratri ſuo, Raca, reus erit Concilio.* Raca ſiquidem vox eſt indignationem animi ſignificans, cum geſtu aliquo inſignis contemptus indice, veluti potiſſimè exponit *Natalis Alexander in Commentar. ad illum locum Matth. num.*22., quemadmodum paritèr non videtur, quod Dei Seruus excuſari valeat à peccato, quando manus iniecit, & violentèr expulit affinem à Collocutorio, iuxtà doctrinam *Diui Thomæ* 2. 2. *qu.*158. *artic.*7. *in corpore*, vbi aſſignando filias iræ, hæc habet == *alia etiam eſt inordinatio, ſecundum quod aliquis prorumpit in verba iniurioſa, quæ quidem ſi ſint contrà deum erit blaſphemia; Si autem contrà Proximum, contumelia. Tertio modo conſideratur ira ſecundum quod procedit vſque ad factum, & ſic ex ira oriuntur rixæ per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira.*

11. Ponderando præcipuè, quod idem Dei Seruus non ſolùm interiùs, ſed exteriùs immoderatam videtur habuiſſe efferueſcentiam, veluti legitur in hiſtoria Vitæ = *Doppo di che ritornando alla Madre Superiora tanto commoſſo, come ſe haueſſe cacciato qualche Profanatore dal Tempio;* nec non quod vlteriùs progreſſus eſt, petendo, & ſuadendo vindictam, in hoc conſiſtentem, vt nulla ampliùs daretur Affini occaſio accedendi ad

Mona-

Monaſterium, ſiuè collocutorium Monialium = *Io vi prego, che mai lo vedi*. Omnes autem iſtæ circumſtantiæ oſtendunt excuſabilem non eſſe actum iracundum Dei Serui, veluti proſequitur *Diuus Thomas 2. 2. q.158. articul.2. in corpore*, ibi = *Si autem aliquis appetat, quod fiat vindicta qualitercumque contrà ordinem rationis; puta ſi appetat puniri eum, qui non meruit, vel vltra quam meruit, vel etiam non ſecundum legitimum ordinem, vel non propter debitum finem, qui eſt conſeruatio Iuſtitiæ, & correctio culpæ, erit appetitus iræ vitioſus, & nominatur ira per vitium. Alio modo attenditur ordo rationis circà iram, quantum ad modum iraſcendi, vt ſcilicèt motus iræ non immoderatè ferueſcat, nec interius, nec exterius, quod quidem ſi prætermittatur, non erit abſque peccato etiam ſi aliquis appetat iuſtam vindictam*.

12. Nec obſtare valet, quod Dei Seruus, non ità ſtatim commotus eſt, cùm primæ denominationi Sancti ſic moderatè reſponderit = *In ciò vi ingannate di molto, Io ſono il più cattiuo di tutti gl'Omini*, ſed quod iræ ignis tunc demum excitatus eſt, quando Affinis non acquieuit modeſtæ, & humili reſponſioni. Si enim veritatem amamus, hæc reſponſio nullo modo videtur ſubſiſtens, imperceptibile ſiquidem eſt, quod ipſe excuſari valeat à peccato, ex quo affinis non acquieuit primæ reſponſioni. Tunc erat exercenda patientia, quæ ſi fuiſſet exercita impetum Iræ refrenaſſet. iuxtà illud Sancti Cipriani de bono patientiæ; *Patientia eſt, quæ nos Deo commendat, & ſeruat. Ipſa eſt, quæ iram temperat, quæ linguam frænat, quæ mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit* = conſonatque illud *Sancti Lucæ in Euangel. cap.21. In Patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras*.

13. Minùs facit, quod hæc contigerunt in Collocutorio, & coràm Monialibus, quarum ordo fuerat inſtitutus à Dei Seruo, & ſic per conſequens, quod ſimilia fieri debebant, vt Moniales diſcerent, aures non eſſe præſtandas blandis Sermonibus; Tantùm ſiquidem abeſt, quod hoc bonum ex hoc facto deriuauerit, quod Superioriſſa potius Monaſterij ſcandalum paſſa eſt; *Replicandogli la Madre, che ſi marauigliaua del trattamento, che egli facena ad vn buomo honorato*, adeòque vltra iram, Dei Seruus ſcandalum dediſſe dici poteſt; Scandalum inquam illud, quod à Theologis dicitur occaſionatiuum, & per accidens, & præter intentionem, cum quis videlicèt ſuo dicto, vel facto inordinato non intendit dare alteri occaſionem ruinæ, ſed ſolùm ſuæ ſatisfacere voluntati, quod ſcandalùm deindè modò eſt veniale, modò mortale peccatum, prout quis committit actum peccati venialis, vel mortalis, ex quo aliquis ſcandalizatur, vel ex quo ad aliquod peccatum trahi poteſt, veluti totidem verbis exponit *Diuus Antoninus in ſumma part.2. titul.7. cap.4. de ſcandalo §.4. verſicul. Scandalum occaſionatiuum*. Nec ommittendum eſſe videtur, quod Monaſterij Moniales amorem, & Venerationem erga Dei Seruum Fundatorem poterant ex tali actu deponere iuxtà illud *prouerbior.22. Noli eſſe amicus homini iracundo*.

Tertia Difficultas.

14. DEI Seruus emiſit Votum ieiunandi, & abſtinendi à carnibus quoaduſque Conſtitutiones Monialium perfeciſſet, & non obſtante Voto Carnes comedit.

15. Voti emiſſio deducitur ex *Teſte in Summario magno pag.242.§.24.*, qui deponit de auditu ab eodem Dei Seruo, & de publico, & notorio. Co-

meſtio

meſtio deindè Carnium colligitur ex bonis Teſtibus, *Summario videlicèt pag.5. §. 16. == Che vn pezzo di Salame gli durò cinque Settimane == & Summario pagina 250. §.65. = Che vna libra di Vaccina ſalata gli baſtaua cinque ſettimane.*

16. Ab his reſultar, Dei Seruum infregiſſe Votum, & idcircò commiſiſſe peccatum, iuxtà illud *Deutoronomij cap.23. = Cum Votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & ſi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum*; Idque procedit etſi loquamur de Voto ſimplici, iuxtà reſponſum Innocentij Tertij in *cap. Licèt de Voto, & Voti redemptione*, ibi = *Licèt Vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo, vſque adeò tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt Votum, vt ſine propria ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire* == Et eſt doctrina *Sancti Auguſtini Epiſtola* 45. *ad Armentarium de contemptu mundi*, ibi = *quia iam vouiſti iam te obſtrinxiſti, aliud tibi facere non licèt; Priuſquam eſſes Voti reus liberum fuit, quod eſſes inferior, quamuis non ſit gratulanda libertas, qua fit, vt non debeatur, quod cum lucro redditur. Nunc verò quia tenetur apud Deum Sponſio tua, non te ad magnam Iuſtitiam inuito, ſed à magna iniquitate deterreo,*

17. Ad partes, poſito quod eſos Carnium reſpicit puerilem ætatem Serui Dei, & ſic tempus ante editum Votum; Pura ſiquidem ab impuris ſecernendo id ad ſummum verificari valet, quoad primum Teſtem *pag.5. §.16.* At verificari non valet in ordine ad ſecundum Teſtem *pagina* 250. §.65. ex cuius depoſitione cum non colligitur, an eſus Carnium fuerit ante, vel poſt Votum, onus eſt Poſtulatorum concludenter oſtendere Carnium comeſtionem factam fuiſſe ante Votum, quia quando vis ſtat in tempore ad illud præcisè probationes collimare debent, & reſtringi, *Textus in leg. Matrem tuam Cod. de probat.*, & latè proſequuntur *Maſcard. de probat. concluſ.*824. *nu.*16. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*562. *nu.*35. *Manſ. conſult.*413. *num.*9.

Quarta Difficultas.

18. DEI Seruus Religioſo ſe accuſanti alterius manum tetigiſſe, dixit fronte ſeueriori, vel tu alteri Venenum propinaſti, vel ab illo accepiſti, vel vos ad inuicem Veneno fortè interemiſtis.

19. De hac re totidem verbis deponit Pater Præpoſitus Generalis Ordinis Canonicorum Regularium in Proceſſu Tullenſi, *Summario Num.*48. *pagina* 257. §.3. In hac autem re conſiſtere videtur Iudicium temerarium, quod eſt ex genere ſuo peccatum graue, iuxtà illud *Matth. cap.7. Nolite iudicare, vt non iudicemini, in quo enim Iudicio iudicaueritis, iudicabimini*, & in alio loco; *Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini*, & in Epiſtola prima ad Corinthios *cap.* 4. *Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniet Dominus, qui, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia Cordium.*

20. Nec iuuat excuſatio, quòd Iudicium temerarium te dolens peccatum graue, requirit firmum, & deliberatum aſſenſum, abſque ſufficienti fundamento, in re lædente famam Proximi, hæc enim omnia in noſtro rerum ſtatu concurrunt; quandoquidèm concurrit firmus, & deliberatus aſſenſus, cum particula dubitatiua *fortè* non referatur, niſi ad vltimam partem, itaùt duæ primæ præcedentes non ſint vlli dubitationi ſubiectæ, ſed abſolutæ, & deliberatæ, *vel tù alteri venenum propinaſti, vel ab illo accepiſti,*

vel vos ad inuicem veneno fortè interemiſtis. Concurrit prætereà deficientia fundamenti eum à tactu manuum, qui eſt actus ex genere ſuo indifferens, ſimiles conſequentiæ deduci non debuiſſent. Agebatur denique de materia graui, & lædente famam Proximi, quia quælibet inhoneſtatis ſuſpicio minuit abſque dubio famam perſonæ Religioſæ, & ſic à primo ad vltimum peccaſſe videtur Dei Seruus iudicio temerario, iuxtà Doctrinam *Sancti Auguſtini tract. 90. in Ioannem, quamquam, & in his rerum tenebris humanarum, hoc eſt, cogitationum alienarum, etſi ſuſpiciones intelligere non poſſumus, quia homines ſumus, Iudicia tamen ideſt definitas firmaſque Sententias continere debemus, nec ante tempus quidquam iudicare, donec veniat Dominus, qui & illuminet abſcondita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tùnc laus erit vnicuique à Deo*; Et proſequitur *Diuus Thomas ſecunda ſecundæ quæſt. 60. art. 3. in corpore, eſt autem triplex gradus ſuſpicionis. Primus gradus eſt, vt homo ex leuibus indicijs dubitare incipiat, & hoc eſt veniale, & leue peccatum, pertinet enim ad tentationem humanam, ſine qua vita iſta non ducitur. Secundus gradus eſt cum aliquis pro certo malitiam alterius æſtimat ex leuibus iudicijs, & hoc ſi ſit de aliquo graui eſt peccatum mortale in quantum non eſt ſine contemptu Proximi. Tertius gradus eſt cum aliquis Iudex ex ſuſpicione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directè ad iniuſtitiam pertinet, vndè eſt peccatum mortale*.

21. Similis generis eſt, quòd accuſatio facta fuit in publico Capitulo coràm Communitate Religioſorum, & quod hæc contigerunt ſub initio Reformationis, quo tempore ſi diſciplina Regularis, vel leuiter relaxata fuiſſet temporis progreſſu maiora damna habuiſſet. Tales quippè circumſtantiæ non ſunt tanti roboris, & momenti, vt iudicium firmum, & reprehenſionem ſubſequentem ſuadere poſſent, nullo concurrente legitimo inditio, & in re quidem lædente famam Proximi, iuxtà illud *Sancti Proſperi Sententia 21. de occultis alieni cordis temerè iudicare peccatum eſt, & eius, cuius non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere. Cum eorum, quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus Iudex ſit iuſtus, qui & inſpector eſt verus*; Et iuxtà illud *Diui Auguſtini lib. 2. de ſermone Domini in Monte cap. 18. ſunt ergo quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia, & bono, & malo fieri poſſunt, de quibus temerarium eſt iudicare maximè, vt condemnemus*.

22. Poterat itaque Dei Seruus Religioſum ſe accuſantem admonere, nè inpoſterum ſimilia faceret, ex quo iuxtà monitum *Sancti Bernardi in Floribus cap. 209. pag. 2180. litt. A. per tactum ardor libidinis pro aliqua parua occaſione excitatur, & niſi illicò reſpuatur ſubitò totum corpus occupat, & incendit*. At non poterat Religioſum reprehendere, quaſi quod iàm culpam grauem commiſiſſet, & ſiuè accuſatio facta fuerit in Capitulo, ſiuè in principio Reformationis, ſemper vrget illud Iuris naturæ: *Quod tibi non vis fieri, alteri nè feceris*; Nullus enim Homo actiones ſuas, quarum non euidens malitia eſt deteriorem in partem ab alijs accipi vellet; Semper vrget illud *Innocentij Tertij in cap. Ex parte de ſcrutinio in ordine faciendo, illum quem indignum eſſe non noſti, dignum debes æſtimare*. Semper ſibi vindicat locum illa Iuris regula, *cum Iura partium ſunt obſcura, reo fauendum eſt potiùs, quam Actori*, dubia ſiquidèm indicia ſunt inſtar Actoris, & Proximus eſt tanquam Reus, denique *in pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis*. Proximus ſui honoris, ac famæ poſſeſſor eſt. Quamdiù ergo res eſt dubia, in eius fauorem iudicare tenemur, nec poſſumus abſque iniuſtitia graui ipſum è poſſeſſione deturbare, ſeù malè de ipſo iudicare, opinari, vel ſuſpicari.

Quinta

Quinta Difficultas.

23. LEgitur in Conſtitutionibus, quas Dei Seruus compoſuit pro Ordine Monialium à ſe inſtituto = *Se la Monaca è in agonia, e durì lungo tempo, ò vero agonizante perdi l'vſo dei ſenſi, ò il giudizio, il Sacerdote ſi ritirerà vſcendo dal Monaſtero*. Habetur paritèr in ijſdem Conſtitutionibus poſt præſcriptum modum, ſeù formam veſtis Monialium = *Per aiutare à conſeruar meglio queſta forma d'abito nella ſua ſimplicità ſi caſtigherà rigoroſamente vna Monaca, che ſarebbe ſtata tanto ardita di mutare il ſuo &c., e per la prima volta, che haurà commeſſo &c. ſarà inſerrata per otto giorni nella camera, penitentiata, e nudrita à pane, ed acqua ſola, e caſtigata ancora*.

24. Additur, quod nihil à manibus Viri, vel fœminæ cuiuslibet vnquam nuda manu Dei Seruus accepit, iuxtà ea, quæ habentur *in Summario pag.*258. §.8., *&* §.10. Item *pag* 259. §.12. *pag.*260. §.20., *&* 24. *pag.*261. §.29. 30., *&* 33. *pag.*263. §.43 *pag.*264. §.47., *&* 48. 51., *&* 52., & alibi, & quod notatu dignum eſt aliquando etiam rigoroſè exprobauit fœminam, quæ illius veſtem tetigerat, *vt in Summario pag.*263. §.45., ibi = *Fù vna, che volſe bagiare il ſuo Faraiolo, che egli retirò ſubitamente, e fece vna riprenſione à quella, che l'haueua toccato per bagiarlo, dicendole, che per l'auuenire non habbia mai l'ardire di toccar l'abito di vn'Huomo*. Nec eſt omittendum, quod nè os Monialium digitis attingeret, quando Sacram Communionem ipſis miniſtrabat, demandauit, vt fierent particulæ ſolitò grandiores, *vt in Summario pag.*264. §.49.

25. Omnes iſti actus ſub vnica difficultatis ſpecie proponuntur, procedunt enim omnes ab vno, & eodem fine Virtutis; quia quando Dei Seruus iuſſit Confeſſarium recedere à Moniali moriente, admonere voluit, quanta cautio ſemper eſſet à Monialibus adhibenda in hominum conuerſatione, & in fugiendis vaniloquijs, quæ hac occaſione cum Sacerdote facilè poſſent haberi. Rursùs quando ſtatuit pœnam contrà tranſgredientes modum, & formam communis habitus id proceſſit, vt ſuæ Moniales ſe ob terrorem pœnæ à tali culpa abſtinerent, veluti ponderat harum Conſtitutionum Reuiſor ab hac Sacra Congregatione deputatus, *vt in Summario pag.*391. Cætera denique ſapiunt temperantiam, & pudicitiæ cuſtodiam. At omnes iſti actus ſecum ferunt quandam nimietatem, & aliqualem exceſſum, & ſic inter actus virtuoſos recenſeri non poſſunt, quia virtus moralis poſita eſt in mediocritate inter duo extrema, iuxtà doctrinam *Ariſtotelis lib.*2. *Ethicor. cap.*5., *&* 6., *& lib.*3. *cap.*3., *&* 4., & conſonat *Diuus Thomas in* 3. *diſtinct.*33. Communiſque eſt Philoſophorum Sententia contrà aliquos ex Stoicis, adeoque *Horatius lib.*1. *Sermonum Satir.*2. ſubdit,

Eſt modus in rebus, ſunt certi, denique fines,
Quos vltrà citraque nequit conſiſtere rectum.

26. Atque ſpeciale eſt in virtute humilitatis, quantum ad actus internos circà Deum, quod nullus exceſſus habeatur, ſed quod melior, ac perfectior ſit quo fuerit maior; In demiſſione ſiquidèm erga Deum Creatura nunquam ſe talitèr demittere poteſt, vt ille dignus, adhùc non ſit maiori, & maiori demiſſione in infinitum, ratione videlicèt infinitæ diſtantiæ intercedentis inter Deum, & Creaturam, veluti ad rem adnotauit *Cardinalis de Aguirre in ſuo tractat. de virtut., & vitijs diſputat.* 4. *quaſt.* 4. *ſect.* 4. *num.*43.

Sexta Difficultas.

27. DEI Seruus poplitum tenus ſe inieeit in cænum quando Sanctiſſimum Sacramentum deferebat, vt diuerterer occurſum Mulieris, quæ fuerat ab eodem reprehenſa, & quæ vindictæ gratia eius veſtimenta tangere volebat.

28. Deſumitur ver tas facti *ex Summario n.48. pag.258. §.9.*, vbi Teſtis ità loquitur = *Aggiunge il Deponente, che detto Venerabil Seruo di Dio era dotato di tale caſtità, che fuggiua con tanta ſollecitudine la viſta; e l'auuicinamento delle Zitelle, e Donne, che vn giorno, che egli portaua il Santiſſimo Viatico ad vn'Infermo, vna Giouane della ſua Parochia, la quale egli haueua ripreſo di vanità andò per vendicarſi à metterſi in vna ſtradella ſtretta, doue doueua paſſare col Santiſſimo Sacramento in mano per poterlo toccare, e gli ſuoi habiti, mà detto Seruo di Dio più toſto, che auuicinarſi à queſta Giouane volle paſſare nel fango ſino al ginocchio, il che fù cauſa della total conuerſione di queſta Giouane.*

29. Quidquid ſit de intentione Mulieris, hoc vnum certum eſt, quod actus habebat ſpeciem bonitatis, pietatis ſiquidem gratia, & reuerentiæ paſſim tanguntur veſtimenta Sacerdotum, & præſertim ſi deferant Sanctiſſimum Eucharistiæ Sacramentum. Videtur ergò Dei Seruus defeciſſe, quando manibus Euchariſtiam gerendo, poplitum tenus ſe iniecit in cænum, ſe expoſuit enim periculo irreuerentiæ; Cum mira facilitate poſſet Hoſtia conſecrata ab eius manibus in lutum delabi, quod graue reuera fuiſſet, itaùt paſſim antiqui, & primi Patres ſollicitè commendauerint Eucharoſtiæ cuſtodiam, & in ſpecie nè eadem in terram, & multò minus in cænum laberetur *Tertullianus lib. de Corona Militis cap.3. Calicis, & Panis noſtri aliquid decuti in terram anxiè patimur, Origenes Homilia 13. in Exodum. Noſtis, inquis, qui Diuinis Miſteriјs intereſſe conſueuiſtis, quomodò cum ſuſcipitis Corpus Domini, cum omni cautbela, & veneratione ſeruatis, & nè ex eo parùm quid decidat, nè conſecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos eſſe creditis, & rectè creditis, ſi quid indè per negligentjam decidat, Cirillus Hieroſolymitanus in Cathaches 5. Miſtagogica Caue autèm, nè quid indè tibi excidat, quod enim amittas, hoc tanquam ex proprio membro amiſeris. Nàm ſi quis tibi ramenta aurea daret, non nè magna cum diligentia illa teneres, cauens nè quid ex illis periret, damnumque ſuſtineres? & non multò magis, & diligentiùs de his, quod auro, gemmiſque pretioſiùs eſt, nè mica aliqua ex illo cadat, prouidebis?*

Septima Difficultas.

30. DEI Seruus ſumpta Sacra Pyxide ex Altari peruenit in Popinam adiuraturus per præſentiam Corporis Chriſti, & indè eiecturus Garciones merſos vino, qui turbas, & ſcandala in Populo publicè excitabant.

31. Deſumitur hoc factum ex *Teſte* 113. *Summario num.* 4. *pag.*18. §. 57., qui licèt ſit vnicus, attamèn probat; cum fuerit à Poſtulatoribus productus iuxtà ea, quæ in Superioribus dicta ſunt.

32. Delatio hæc autèm Sanctiſſimi Sacramenti ad Popinam, in qua degebant Homines vino merſi, irreuerentiam ſapere videtur, & ſecumferre periculum, quod Homines ebrij aliquid facerent, quod tanti Sacramenti

Maie-

Maieſtatem offenderet. Aduerſatur id etiam Spiritui Eccleſiæ; Antiqui ſiquidem Patres ità abhorruerunt periculum ludibrij, quoad Myſteria noſtræ Catholicæ Fidei, vt Infidelibus non ſolùm, ſed etiam Cathecumenis, Euchariſtiæ Sacramentum occultauerint, iuxtà tunc temporis vulgatam Arcani diſciplinam; Hinc *Diuus Auguſtinus in Pſalm.* 103., *quid eſt, quod occultum eſt, & non publicum in Eccleſia? Sacramentum Baptiſmi, & Sacramentum Euchariſtiæ*. Hinc apud Minutium Felicem cum Chriſtianis objiceretur, quod Infantem ſauè contectum, & occiſum comederent, & eiuſdem ſanguinem lamberent, reſponſum non fuit, quod non cruentum, ſed incruentum erat Sacrificium, quo Chriſtus Dominus per Sacerdotem offertur Deo Patri, & quod eius Corpus, & Sanguis ſub ſpeciebus Panis, & Vini ſumitur à Fidelibus, hæc ab Octauio non fuerunt expoſita, vrgente diſciplina Arcani, nè Sacroſancta videlicèt Myſteria à Gentilibus illuderentur, ſed hac alia via idem appoſitioni replicauit, *illum iàm velim conueniri, quo initiari Nos dicit, aut credit de cæde Infantis, & Sanguine. Putas fieri poſſe vt tàm molle, tàm paruulum Corpus fata vulnerum capiat? vt quiſque illum rudem ſanguinem nouelli, & vix dum hominis cædat, fundat, exhauriat? nemo hoc poteſt credere, niſi qui poſſet audere*, & infrà *nobis bene videmus, nec videre fas eſt, nec audire tantumque ab humano Sanguine carimus, vt nec edulium pecorum in cibis Sanguinem nouerimus*.

33. Ab eodem motiuo deriuauit, quod in Primitiua Eccleſia, publica pompa nullatenùs circumferebatur Euchariſtia per Plateas, & Vias, *Teſte Caſſandro in conſult. ad art.*22. *Conſuetudo qua Panis Euchariſtiæ in publica pompa conſpicuus circumfertur, ac paſſim omnium oculis ingeritur præter Veterũ morem, & mentem, haud ità longo tempore introducta, & recepta videtur. Illi enim hoc Myſterium in tanta Veneratione, ac Religione habuerant, vt non modo ad eius perceptionem, ſed nè inſpectionem quidem admitterent niſi Fideles, quos Chriſti membra, & tanti Myſterij participatione dignos eſſe exiſtimarent, quarè ante conſecrationem, Cathecumeni, Energumeni, pœnitentes denique, non communicantes Diaconi voce, & Hoſtiariorum Miniſterio ſecludebantur*, nonniſi quia tunc temporis viæ, & plateæ erant repletæ oculorum, & aurium, quæ Sacroſancta, nec videre poterant, nec audire, veluti proſequitur *Chriſtianus Lupus in diſſert. de Sanctiſſimi Sacramenti expoſitione cap.* 2. *Publicas enim Euchariſtiæ Proceſſiones non cohæſiſſe cum diſciplina antiqua Eccleſiæ. Iſta nanque diſciplina Sacroſanctam Euchariſtiam rigidiſſimè abſcondebat non Iudeis dumtaxàt, ac Gentilibus, ſed etiam Cathecumenis, ac Pœnitentibus = Hæc igitur diſciplina nullatenùs patiebatur Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum publicè exponi in apertis Baſilicis, aut Oratorijs, longè minus circumferri per plateas. Plateæ enim tunc erant plenæ oculorum; & aurium, quæ Sacroſancta nec videre poterant, nec audire in omni Ciuitate erant Gentiles, Iudæi, Cathecumeni, Pœnitentes*, conſonatque *Emanuel à Schelesſtrate in ſua Diſſert. Apolog. de Diſciplina Arcani cap.* 7. *artic.* 8. *pag.*159., *quod vetus Eccleſia nullam ſolemnem Feſtiuitatem Corporis Chriſti celebrarit, Corpus Chriſti publicè in Proceſſionibus non circumtulerit, Euchareſtiam in apertis Baſilicis, aut Oratorijs omnium oculis non expoſuerit, non ex eo prouenit, quod publicum Fidelium Cultum non meruerit, ſed Prophanorum vilipenſioni, & non innitiatorum ludibrio debuerit ſubduci*.

34. Applicando nunc actiua paſſiuis, ſi propter periculum ludibrij, & irreuerentiæ Spiritus Eccleſiæ ſuadebat primis Patribus, nè de Euchariſtia publicè loquerentur, & nè eandem circumferrent, ab eodem Eccleſiæ

Spiritu, Dei Seruus ſuaderi debebat, nè illam ad Popinam deferret, in qua erant Homines ebrij, & vino madentes, cum in vtroque caſu irreuerentiæ, & irriſionis periculum verificetur. Detulit autèm ad Popinam, & ſic Sacramentum expoſuit periculis mox memoratis, & conſequentèr aliquid egit alienum à Spiritu, & Diſciplina Eccleſiæ.

35. Nec hi duo poſtumi actus ſe inijciendi videlicèt in Cænum poplitum tenus cum Euchariſtia, & ipſam deferendi ad Popinam, in qua degebant Homines merſi vino, excuſari, ſeù laudari poſſunt ſub obtentu particularis Domini inſpirationis, ſiue impulſus; *Cardinalis enim Bona de diſcript. Spirit. cap. 7. num. 6.* de hoc inſtinctu, & impulſu particulari loquens, hæc habet, *ſuſpectus eſt impulſus, quo quis mouetur ad vitam ſingularem, & ad actiones inſolitas, & inuſitatas*; In ſacris quidem litteris, & paſſim experientia conſtat, Spiritum Dei mouere non nunquam ad huiuſmodi res mirabiles, quæ communem operandi rationem excedunt, veluti proſequitur *idem Cardinalis Bona* ſermonem faciendo de hoc impulſu particulari, *ſic præcepis Abrahæ vt Filium imolares, Iſaiæ, vt nudus per Vicos, & Plateas Ciuitatis ambularet, Eliæ inſpirauit, vt ignem è Cœlo peteret, quo quinquaginta Viri conſumpti ſunt, Quoſdam Martyres impulit, vt pro Fide tuenda ſe in ardentem rogum conijcerent. Danielem, & Simeonem Stilites ad vitam in Columna degendam, & alios multos ad ſingularia quædam patranda incitauit, quæ admirari oportet, non immitari.* At punctum eſt, vt videamus, an in noſtro rerum ſtatu omnia illa concurrant requiſita, quæ ab Auctoribus de materia tractantibus exponuntur, vt dignoſcatur, an aliquis actus vltrà conſuetum operandi modum procedens Spiritui particulari ſit attribuendus; Et an expediens, & conueniens ſit noſtrum Dei Seruum, qui non ſolùm hos duos, ſed etiam multos alios actus huius generis ſupra recenſitos patrauit, Sacris Altaribus imponi, & Beatificationis, & Canonizationis honore decorari, cum Sanctorum Canonizatorum operationes Nobis deſeruire debeant pro exemplo, & norma in ordine ad modum viuendi, veluti ponderat *Cardinalis Belarminus in ſuis Controuerſijs lib. 1. de Sanctorum beatitudine cap. 7. §. 3.* ibi *Sancti enim ſunt exempla quædam virtutum, & norma rectæ vitæ, & quaſi lucernæ quædam à Deo accenſæ, vt omnibus alijs præluceant. Vndè Paulus ad Hæbreos 13. Mementote,* inquit, *Præpoſitorum veſtrorum, qui loquuti ſunt vobis verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini Fidem. At non poſſumus accendi ad imitationem, niſi in particulari ſciamus, qui ſint imitandi, & quid illi egerint, aut paſſi ſint, & Lucerna in Candelabro poni debet, id quod fit per Canonizationem.*

36. Ac quamuis aliàs reſponderetur Sanctam Claram detuliſſe Euchariſtiam aduersùs Saracenos, nec diſſimili modo ſe geſſiſſe Sanctum Bernardum erga S. Guglielmum Ducem Aquitaniæ tunc prauis moribus præditum, prætermiſſa nihilominùs diſparitate loci, cum illa Sacramentum aſportauerit ad fores Monaſterij, & hic ad Ianuam Eccleſiæ. In eo quod attinet ad S. Claram, particularis impulſus facilius in illa admitti poteſt, cum tanta Sanctitate fuerit prædita, vt Innocentius Quartus cogitauerit illam canonizare, antequam cadauer traderetur ſepulturæ, teſte *Raynaldo in Annalibus Eccleſ. ad annum Chriſti 1253. num. 14.*; Et in eo, quod ſpectat ad Sanctum Bernardum, agebat ille cum Guglielmo ſui compote, non ebrio, nec Sacramentum ſtatim detulit, vt illum adiuuaret, ſed poſtquam omnes alias vias tentauerat, & arrepta opportuna occaſione, quandoquidèm Princeps ille ſtabat præ foribus Eccleſiæ, nec ingredi audebat vtporè excommunicatus, vti habetur in Hiſtoria facti, quæ legi poteſt apud *Ludouicum Moreriumin ſuo Dictionario Hiſtorico in verbo Guglielmus Dux Aquitaniæ.*

Reijcie-

37. Reijciendum eſt paritèr temperamentum, quod pro his actibus diſcernendis, ſuſpenſa reſolutione ſuper Virtutibus procedatur ad diſcuſſionem Miraculorum, duo enim requiruntur pro Beatificatione, Virtutes videlicèr, & Miracula, nec vnum dubium cum altero eſt confundendum, contra antiquam Sanctæ Sedis praxim expoſitam ab Auctore, qui in Aula Pontificia Rituum formulis præerat circa annum 1347., vti habetur in Manuſcriptis Bibliothecæ Vaticanæ apud *Raynaldum in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum Chriſti 1347. num. 35. Primò enim leguntur depoſitiones Teſtium ſuper vita productorum. Lectis, & diligentèr auditis per D. Papam, & Cardinales antequam ad aliud procedatur, D. Papa de conſilio Cardinalium determinat vtrum vitæ Excellentia illius de quo agitur ſit plenè probata, vel non, & ipſa determinatione facta, procedunt modo prædicto ad lecturam Miraculorum, & depoſitionum Teſtium ſuper ipſis Miraculis productorum.*

Octaua Difficultas.

38. INtèr præcipuos Actus Hæroicos Dei Serui enumeratur conuerſio Hæreticorum in Oppido Badonuille. De releuantia huius actus nulla occurrit dubitatio. Difficultas eſt in probatione, quæ non videtur ſufficiens.

39. Tres ſupponuntur adeſſe Teſtes de viſu, quibus deindè accedunt plures alij Teſtes de auditu, & de publica voce, & fama vltra Vitam Typis impreſſam à Patre Bedel, & epiſtolas moderno tempore conſcriptas Sanctiſſimo Domino Noſtro, tàm à Sereniſſimo Duce Lotharingiæ, quàm ab Epiſcopo Tullenſi.

40. Quotiès res ità ſe haberet, & de facto ambigendum non eſſet, quia iuxtà Regulam Iuris Diuini Matth. 18. *Adhibe tecum adhùc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum*, particula enim illa *tecum* indicat Teſtes de viſu, veluti ad rem argumentatur *Cardinalis de Laurça in tertium librum ſententiarum tom. 4. diſput. 20. de Miraculis, artic. 25. §. 2. num. 10. 85.*, & probatur ex *Textu in Canone Textus 3. quaſt. 9. Teſtimonium proferant ae bis, quæ nouerunt, & viderunt*, & infrà *ſimul autem neceſsè eſt vt videant*. Primus ex Teſtibus ponderatus à Poſtulatoribus nihil aliud dicit, quam quod inſeruiuit Sacro, quod celebrabatur à Dei Seruo, illo in Templo Badonuille, quod prius hæreticis vſui fuerat, poſtmodùm fuit conſecratum in honorem Beatæ Virginis, nec non quod noſtro Dei Seruo tribuebatur conuerſio totius prædictæ Vrbis, idque iuxtà communem opinionem, vt *in Summario pag.* 48. *num.* 12. ſecundus Teſtis ab iiſdem Poſtulatoribus ponderatus dicit prædictum Oppidum fuiſſe ab hæreticis occupatum, & poſt Dei Serui Miſſionem à ſolis Catholicis frequentatum, ſuperaddendo audiuiſſe hoc opus adſcribi illius Zelo, vt *in Summario num. 9. pag.* 40. *§. 3.* quoad tertium denique Teſtem ignoratur, an deponat de viſu, vel de auditu, veluti colligitur ex *Summario num. 9. pag.* 40. §. 7. Non adſunt ergo Teſtes de viſu. Quia tunc adeſſe dicerentur quando duo, vel tres Teſtes à Poſtulatoribus afferentur, qui vidiſſent Dei Seruum, & audiuiſſent in Oppido prædicantem, & vlteriùs proprijs oculis vidiſſent hæreticorum conuerſionem.

41. Excluſis Teſtibus de viſu parùm deindè ſuffragantur, aut Teſtes de auditu, ſeù de publica voce, & fama, aut Hiſtoria Vitæ conſcriptæ à Patre Bedel, aut quotquot afferri poterunt epiſtolæ, quia iuxtà praxim Sacræ Congregationis, Teſtes de auditu probationem non faciunt, etiamſi con-

iungerentur cum vno Teſte de viſu, idemque cenſendum eſt de publica voce, & fama, necnon de hiſtorijs veluti latiſſimè oſtendit *Cardinalis de Laurea in tertium librum ſententiarum tomo* 4. *diſput.* 20. *artic.* 25. §. 4. *num.*1120., *& quatuor ſequentibus*, *&* §. 5. *per tot.*, *& præſertim n.* 1143. *&* §.6. *num.* 1191. adeoque à primo ad vltimum actus hic heroicus non poteſt dici probatus.

Nona Difficultas.

42. TEſtis in Proceſſu auctoritate Ordinaria *fol.* 483. *iu fine*, *& à tergo*, refert, *quod Seruus Dei vocatis in clauſtro Religioſis noſtris ſeptem, vt ab eis conſilium ſumeret, in quem potius locum ire deberet, aut Nanceum ad quod accerſebatur à Primate pro negotijs Monialium Congregationis, aut in locum dictum Gerbeuiller pro conſolanda Domiua Comitiſſa de Brione in morte Puellæ eius, à qua etiam vocabatur, tacentibus per Venerationem Religioſis, & Reuerendi Patris, quæuis eſſet, opinioni anuuentibus, tranſeuntem caſu iuuenem, qui iuſeruiebat fratri Culinario, eum vocauit bis verbis, Claudi, eodem tempore Nancei, & Gerbeuillariæ vocor pro talibus, & talibus negotijs, quodnam tuum eſſet conſilium, & quid ageres in ſimili caſu, excuſante ſe Claudio, & inſtaute Reuerendo Patre, vt ingenuè ſuum ſenſum diceret, tandem reſpondit Claudius in ſua ſimplicitate dictum Reuerendum Patrem melius facturum ſi iret iu Gerbeuillariam conſolaturus Dominam de Brione, quibus verbis Reuerendus Pater reſpoudit, reuera rationem habet, illicò euudum eſt.* Talis actus ad aliqualem animi leuitatem referendus eſſe videtur, non ſolùm ratione conſilij petiti à Miniſtro Culinarij, & à iuuene, ſed etiam quia reſponſum Patrum Congregatorum non expectauit illos enim iterum, iterumque vrgere debebat, vtpotè graues, & fortè ætate prouectos, vt ſuum proderent conſilium. Ad prudentes quippè pertinet conſulere iuxtà illud *Ariſtotelis cap. 6. Ethicor. = Prudentis eſt benè conſulere, circa ea, quæ ſibi vtilia ſunt, nàm prudentia eſt habitus verus cum ratione, qui in his agendis verſatur, quæ ſuut homini bona, & mala, illos enim Prudentes dicimus, qui ea, quæ ſibi, & alijs vtilia ſunt proſpicere valent.* In ſenibus autem, & non in Iuuenibus virtus prudentiæ exiſtere conſueuit, veluti proſequitur *Ariſtoteles in 6. paritèr Ethicor. cap.8. Iuuenes licèt Geometrici, & Mathematici, atque iu huiuſmodi rebus ſapientes euadant, Prudentes tamen euadere non videntur, cauſa autem ea eſt, quod particularium eſt Prudeutia, quæ ex experientia uobis inuoteſcunt, Iuuenis autem expertus non eſt, experieutiam enim temporis affert longitudo.*

Decima Difficultas.

43. JVxtà Teſtem in Proceſſu Remiſſoriali Tullenſi ſuper 22. Interrogatorio ſol. 418. à tergo habetur Seruum Dei conſilium dediſſe aliquibus Coniugatis, vt ſe à copula carnali toto vitæ tempore abſtinerent, *ſe fuiſſe Mattincuriæ, & ibi audiuiſſe multos Serui Dei couſilio ab actu coniugali per aliquot annos, immò & per totam vitam abſtinuiſſe.* Hìc autem ponderandum eſt, an tale conſilium rectè dari potuerit; Apoſtolus enim in prima Epiſtola ad *Corinth. cap.7.* inquit, *Mulier ſui corporis poteſtatem nou habet, ſed vir, ſimilitèr autem, & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. Nolite fraudare inuicem, niſi fortè ex conſenſu ad*

tem-

tempus, vt vacetis orationi, & iterùm reuertimini in id ipſum nè tentet vos ſatanas proptèr incontinentiam veſtram, hoc autem dico ſecundùm indulgentiam non ſecundùm imperium, poſtrema ſiquidèm verba *ſecundum indulgentiam non ſecundum imperium* patefaciunt Apoſtolum permiſiſſe non præcepiſſe, veluti explicat fundatiſſimus Doctor Eſtius *in Comment. ad hanc Epiſtolam num.7. exponit enim Apoſtolus hac parte quemadmodùm intelligi velit, quod dixerat reuertimini in idipſum. Eademque prorsùs eſt ratio de prioribus illis verbis vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum, poterat enim videri hæc præcipiendo dixiſſe, quod ità fieri oporteret. Declarans igitur ſeipſum, affirmat ſe ea dixiſſe non ex præcepto, ſed ex permiſſione, & indulgentia quadam, qua nimirùm ſolent minora quædam mala concedi ad auertendum maiora*; Et conſonat *Textus in Canone Nerui.diſtinct.13.* Additur, quod in Eccleſia celebrantur magna cum laude aliquorum Matrimonia, qui nunquam copulam carnalem exercuerunt. Tale fuit connubium Beatæ Virginis, & S.Ioſeph, Sanctæ Cæciliæ, & Valeriani, Sancti Iuliani, & Baſiliſchæ, Sanctæ Pulcheriæ, & Marciani Imperatoris, Conegundis, & Henrici ſecundi Imperatoris, alterius Conegundis, & Boleslai Quinti Polonorum Principis, Matildis, & Conradi filij Enrici Quarti Imperatoris, Alphonſi ſecundi Aſtorum Regis, qui cum coniuge ſua continentiam ſeruans caſti nomen accepit, Riccardis Reginæ, & Caroli Craſſi Regis, Egithæ, & Duardi Tertij Ethelredæ Orientalium Anglorum Reginæ, quæ bis coniugata ſemper Virgo permanſit; Verùm difficultas eſt, an hæc, quæ tantoperè ſunt laudabilia conueniens, & expediens ſit conſulere, atque ſuadere; Et de facto idem Apoſtolus in citata epiſtola prima ad Corinth. *cap.7.* poſt verba ſupra recenſita ſubdit = *volo enim omnes vos eſſe ſicut me ipſum*, in quibus poſterioribus verbis continetur ſimplex deſiderium, nec vnquam dici poteſt, quod eadem ſapiant conſilium, *ſunt autem hæc verba non abſoluta voluntatis, ſed optatiua*, vt inquit *Eſtius loco citato num.7.*, nec mirùm, enim pleraque laudabilia ſint, ſed quæ, ratione maioris mali, conſuli non debent; Nec deeſt in hypotheſi maius hoc malum, cum fornicationis periculo iſti coniuges exponi poſſent.

XI. Difficultas.

44. DEi Seruus orans in Eccleſia, *piangeua, e ſoſpiraua in tal maniera, che ſi ſentiua fuori di Chieſa*, iuxtà ea, quæ habentur in Proceſſu Remiſſoriali Biſuntino *fol.493.*, modicam inſupèr in aliquibus caſibus adhibuit diligentiam pro abſcondendis ſuis bonis operibus, veluti depræhenditur ex *Teſte 27. in Proceſſu auctoritate Ordinaria fol.448.*, iuxtà 13. Interrogatorium. Quibus omnibus addi poteſt, quod cilicium lauandum dedit cuidam mulieri, veluti colligitur ex *Teſte 41. dicto Proceſſu fol.629. à tergo*, & cum hoc concordant cæteri Teſtes *in Summario pag. 69. ſub* §.2. *pag.* 273. §. 29. *& pag.* 278. §.69. *& pag.* 279. §. 76. In his verò contineri poſſe videtur inanis gloriæ ſuſpicio, quæ adeò ſeuerè prohibetur à Chriſto in Euangelio *Matth. cap. 6.* = *Attendite nè Iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Alioquin mercedem non habebitis, apud Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt. Cum ergo facis elemoſynam noli tuba canere ante te ſicuti hipocritæ faciunt in Sinagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam; Te autem faciente elemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, vt ſit elemoſyna tua in abſcondito, & Pater tuus, qui vides in abſcondito,*

red-

reddet tibi , & cum oratis , non eritis ſicut hipocritæ , qui amant in Synagogis , & in angulis platearum , ſtantes orare , vt videantur ab hominibus . Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam . Tù autem cum oraueris intra in cubiculum tuum , & clauſo oſtio , ora Patrem tuum , in abſcondito . Et Pater tuus , qui videt in abſcondito reddet tibi; Ab his quippè verbis colligunt Sancti Patres quamlibet iactantiæ, & vanæ gloriæ notam ab operibus bonis , quæ fiunt , exulare debere ; Adeoque Sanctus Ioannes Chriſoſtomus *Homil. 8. in Epiſt. 1. ad Thimoteum* inquit , *abſurdum erit ſi quod iubet Chriſtus cum oraueris intra cubiculum tuum , ſimpliciter acceperimus , quaſi non liceat omnibus locis atque in Eccleſia ipſa orare , nec in alia quidem domus parte , niſi in cubiculo tantùm preces fundere ; Quid igitur hoc ſibi vult ? Vitandam prorsùs omnem iactantiam, omni ſtudio Chriſtus admonuit , dùm non modo clam , verùm & in abditiori domus parte vota , & preces offerendas docuit . Sicut enim cum dicit , neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua , non de manibus ſimpliciter diſſerit , ſed vanitatem iugulare contendit , ità & hic cubiculi nomine ſecretum intimi cordis expreſſit .*

XII. Difficultas.

45. CONſiſtit hæc duodecima Difficultas in probationibus , quæ à Poſtulatoribus afferuntur circa Virtutes in gradu hæroico ; Iſtæ ſiquidem non videntur concludentes , primò quia pro quolibet actu non concurrunt bini Teſtes conteſtes de viſu ; Secundò quia plerique ſunt ſingulares , tertiò quia ſæpiſſimè actus particulares hæroici non ſpecificantur , ſed tantùm gradus hæroicus legitur cum generalitate comprobatus , quartò quia licèt num. 17. 25., & 26. Summarij enuncientur dona ſupernaturalia Prophetiæ , extaſes, & raptus, probatio tamen ſufficiens in ijſdem non extat; Dona hæc autem ſupernaturalia, & gratiæ gratis datæ, quamuis regularitèr loquendo non habeant neceſſariam connexionem, neque inter ſe, neque cum Virtutibus moralibus, negari tamen non poteſt, quin Virtutes valdè diſponant , & iuuent ad collationem earundem gratiarum; & ſic, vt plurimùm non peccatoribus, ſed Iuſtis conferuntur, veluti animaduertit Collegium Salmaticenſe in curſu Theologico tom. 3. in Arbore prædicamentalium , ſiuè generalium diuiſionum omnium Virtutum num. 164. , & iuxtà praxim Sanctæ Sedis , in Sanctorum Canonizatione ſecundum obtinent locum poſt Virtutes .

XIIJ. Difficultas.

46. CErtum eſt, quod Proceſſus Biſuntinus auctoritate Apoſtolica conſtructus apertus fuit priùs quam abſolutus fuiſſet Proceſſus Tullenſis auctoritate Apoſtolica fabricatus, hic autem ſibi vindicare videtur locum diſpoſitio Iuris *in cap. fraternitati in Clementin. final. ſub tit. de Teſtibus , & in Auth. At qui ſemel C. de probat.* vbi poſt didicita teſtificata prohibetur aliorum Teſtium receptio . Additur, quod non ſolùm in hac Cauſa ſunt Proceſſus fabricati auctoritate Apoſtolica , ſed etiam auctoritate Ordinaria, Biſuntinus videlicet , & Tullenſis . Super his pertinentibus ad ordinatoria Iudicij plura fortaſsè opponi poſſent ; At cum in eo, quod attinet ad Proceſſum Tullenſem, Sacra Congregatio approbauerit illius validitatem , & cum minimè refragante prædicta oppoſitione procedendum eſſe dixerit ad vlteriora, & in eo quod ſpectat ad Proceſſus auctoritate Ordinaria , iam

fuerit

fuerit demonſtratum in quadam particulari Scriptura in Congregationibus præparatorijs exhibita à Subpromotore, quod fuerunt plenè viſi, & examinati illi Proceſſus auctoritate Ordinaria, qui Virtutes reſpiciunt, ad quas præſens diſputatio modò redigitur, ab his per conſequens libentèr abſtineo, cum meum ſit venerari reſponſa Sacræ Congregationis, nec audeam contra ſtimulum calcitrare.

Variæ aliæ Difficultates proponuntur.

47. NE in immenſum iſtę Animaduerſiones excreſcāt, varias alias Difficultates proponam, methodo quadam magis compendioſa. Dei Seruus celebrauit Miſſam de Sancto Ignatio nondùm Beatificato, vt *in Summ. pag.* 21. *num.* 42. Abſque eo quod quidquam faciat reſponſio, quod non celebrauit Miſſam de Sancto Ignatio; ſed quod celebrauit Miſſam in illius honorem, quæ duo inter ſe maximoperè diſtant. Ceſſat enim reſponſio, ponderando Dei Seruum fuiſſe admonitum à Patribus Societatis nè id faceret, & nihilominùs facere voluiſſe. Patres autem Societatis illum non admonuiſſent ſi celebraſſet Miſſam diei currentis, vel de Sanctiſſima Trinitate in honorem Sancti Ignatij, quia quidquid ſit poſt Decreta Vrbani VIII., poſt quę tutius eſt à tali celebratione abſtinere, veluti ponderat *Pignattell. conſult.* 198. *num.* 4. *tome* 1, ante illa Decreta hoc fortè fieri poterat veluti perpenditur in Tractatu, quem habeo manuſcriptum de his, quæ præſtari poſſunt non canonizatis ad *Auguſtinum Cardinalem Cuſanum pag.* 49. ibi = *poteſt in die Anniuerſaria non canonizatorum, vt tradit Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij ad eorum honorem Sacrum ſolemniter celebrari non ſub nomine illorum, quia non poteſt cum non ſint canonizati per Papam, ſed vel de Deipara Virgine, & omnibus Sanctis, vel de Æterna Sapientia, vel alio modo.*

48. In Summario etiam *num.* 12. plura leguntur quoad celebrationem Miſſæ, quæ non videntur laudanda; Studium videlicet illam celebrandi ianuis clauſis, nimia prolixitas, tàm in præparatione, quàm in actu celebrationis. Quibus addendum eſt, quod illam pluribus menſibus, tempore belli dixit extrà clauſuram Monialium in priuata domo, vt *in dicto Summario num.* 12. *pag.* 50. §. 12. In nihilum releuante aſſerta licentia Ordinarij; Hæc quippè facultas Ordinario competebat de iure communi, vt *in Can. Miſſarum de Conſecrat. diſtinct. prima*, ſed deindè fuit ſublata à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 22. *de obſeruand., & euitand. in celebration. Miſſæ*, & latè oſtendit *Fagnan. in cap. In his num.* 10, *& ſeq. de priuileg.*

49. Idem Dei Seruus accedens ad Vicarium Generalem Epiſcopi Virdunenſis pro impetranda facultate audiendi Confeſſiones Sacramentales fuit interrogatus in qua Schola, ſeù Regula ſtuduiſſet, & reſpondit ſe ſtuduiſſe in quinta Grammaticæ Regula. Id autem ſapit ironiam parùm Sacerdoti conuenientem, & inſupèr lædere videtur amorem veritatis, quæ veritas violanda non eſt etiam ſub obtentu humilitatis, vti probat *Text. in Can. cum humilitatis, & ſeq.* 22. *q.* 2. ibi = *Cum humilitatis cauſa mentiris, ſi non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod euitaueras.* Et rurſùs = *incautè ſunt humiles, qui ſe mendacio illaqueant*, & alibi = *non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.*

50. Cultum exteriorem neglexit non curando ſe expurgare à pediculis, quibus ſcatebat, iuxtà ea, quæ habentur *in Summario num.* 50. *pag.* 269., *& num.* 51. *pag.* 281. Amor autem munditiei conuenit etiam Viris Sanctitate præditis, vndè de Sancto Ignatio inquit *Maffeius lib.* 3. *Vitæ cap.* 12. = *Munditias in victu, cultuque dilexit, ſed faciles, nequaquam exquiſitas, cuiuſmodi,*

di, & viatorem, & Chriſti famulum decet. Et de Sancto Philippo Nerio teſtatur Auctor Vitæ *lib.2. cap.14. num.8.= Amaua la politezza, e gli diſpiaceua ſommamente la ſordidezza, ed in particolare ne' veſtimenti, onde ſpeſſo diceua quel detto di S. Bernardo Paupertas mihi ſemper placuit, ſordes verò nunquam=* & licèt non deſint exempla Sanctorum, qui talem Cultum exteriorem neglexerunt, id nihilominùs videtur improbandum in Viro Parocho miniſterijs publicis deputato, quamuis fortaſsè in Viris ſibi ipſis tantùm viuentibus ad pœnitentiæ, & mortificationis exercitium, immunditia aliquandò fuerit laudata, ſeù ſaltèm non repræhenſa.

51. Rurſus redarguenda videtur obedientia præſtita à Dei Seruo cuidam Fratri Blaſio ad ſibi inſeruiendum deputato; Ipſe enim ex propria natura cum rariſſimè è domo egrederetur, timens aeris impreſſionem, & reluctaretur ſuas mutare veſtes, hæc omnia nihilominùs faciebat imperio Fratris Blaſij, vt *in Summario num.40. fol.210. §.11*, hæc autem ad nimium ſui amorem referenda videntur, ſeruilem quippè obedientiam Fratri Blaſio præſtando, nolebat eidem diſplicere, eius ſeruitio priuari fortaſsè reformidans.

52. Paritèr dum erat ſui Ordinis Generalis quotiès extrà Chorum horas Canonicas recitabat, id faciebat genuflexus, vt *in Summario pag. 193. §.6.* Id referri poteſt ad deuotionem, & ad pietatem. At imperfectio fuiſſe videtur in Seruo Dei, quod Generalis Ordinis à Choro abeſſet ob prauum ſaltèm exemplum, quod indè caperent ſubditi Chorum non frequentandi, & multò magis cum abſentiæ legitima cauſa non iuſtificetur.

53. Poſtremò ponderandum propono, an laudabile, vel potiùs improbandum ſit factum Dei Serui, qui aliquibus noctibus permanſit in Cappella Monialium interiori, vt oraret, veluti habetur *in Summar. pag. 56. §. 56., & pag. 63. §.35.*

Atque hæc dicta ſint ſub cenſura, ſalua ſemper &c.

Proſper de Lambertinis Sacri Conſiſtorij Aduocatus, & Coadiutor Reuerendiſſimi Fidei Promotoris.

Digitized by Google

TVLLEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

PETRI FORERIJ

RESPONSIONES

AD NOVAS ANIMADVERSIONES

Reuerendiſs. Fidei Promotoris

SVPER DVBIO

An conſtet de Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, & Charitate; & Cardinalibus, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, & Temperantia, earumque annexis; in caſu, & ad effectum &c.

Beatiſsime Pater.

1 HÆROICÆ Virtutes V. S. D. Perri Forerij, pluriès oppugnatæ, numquam victæ, vt gloriosè triumphent, iterum de mandato S. V. prodeunt coram ipſa diſcutiendæ, atque vindicatæ aduerſùs nonnullas difficulrates, in Congregationibus de diebus 22., & 29. Nouembris Anni 1707. coram ſe habitis, propoſiras.

2 Has Reuerendiſſimus D. Fidei Promoror retulit, & extendit ſub hoc Titulo, *Nouæ Animaduerſiones*, qui abſque dubio omnium aptiſſimè conuenit, ſi, vt par eſt, eum referamus ad multam, ſelectamque eruditionem, qua de nouo veteres difficultates communijt, aut ad nouos Conatus, quibus aliquas ex ſolidiſſimis Defenſorum Cauſæ Reſpunſionibus infirmare eniſus videtur; Sed qui minus iuſto competeret, ſi ratione ipſarummet difficultatum audiretur. Siquidem vna, aut altera ex-

ceptis, quas poſteà probabimus peri potiùs ex actibus hæroicè virtuoſis, quam ex vllo reali errore; omnes aliæ, iam ſemel, aut iterùm, non ſolùm oppoſitæ, ſed ità explanatæ fuerunt, vt nonniſi leuiores ſcrupulos circa eaſdem remanere potuiſſe videatur; hique vtè medio penitùs tollantur, ac virtutum V. Petri Foterij hæroicitas ex tot Ignibus, quaſi Aurum purgatum ſeptuplum, fulgidior, & ſemper integra reſplendeat, ſtatim quinque præmittimus Reflexiones, quibus occurrere dictis animaduerſionibus aggregatìm ſumptis, operæ pretium duximus, Reſponſuri deindè ad quaſque difficultates ſingillatim.

3 PRIMA REFLEXIO eſt, ferè omnia facta in animaduerſionibus ergà S. D. reprehenſa, penitùs deficere ex parte probationis; quippè quæ à Teſtibus de auditu alieno ſolum, & plerumque ab vnico, petantur, vti obſeruari poterit ex ſola inſpectione ſingularum difficultatum, & ſpecialitèr adnotabitur, vbi poſteà de quaque dicemus.

4 Quod autem probatio à Teſte de auditu alieno, maximè ſi fuerit vnicus, nulla ſit; omninò eſt indubitata conſentio, conformis Sac. Congregationis Praxi, quam conſque extendit Reuerendiſſimus Promotor, hic *pag.*13. *num.*41. vt neque Teſtis vnus de viſu, cum alijs de auditu, coram ea probationem facere aſſeueret.

5 Contra has tamen validiſſimas exceptiones prælaudatus Reuerendiſſimus Promotor hic *pag* 4. *num.*3. in prima difficultate, vnum obſeruat, quod, ob probationis eamdem indigentiam, in alijs ſequentibus repetit, nempè Teſtes de auditu ex quibus dd. difficultates ſumuntur, fuiſſe productos ab ipſis poſtulatoribus, ac proindè probare, ex *Farinacc. ibidem citato*.

6 Verum obſeruandum contra eſt, hanc Farinaccij regulam ſæpiùs à Rota reprobatum fuiſſe. *Coram Pan. deciſ.*454. *num.* 19. *coram Caualer. deciſ.*366. *num.*5. *coram Ludouiſ. deciſ.*215. *num.*15., Et iuxtà eumdem Farinaccium *quæſt.*62. *de Teſtib. num.*252., & *Maſcard. concluſ.* 1235. *num.* 31. Iudex non debet de facili acquieſcere nudæ huic præſumptiunculæ.

7 Sicuti ergò minùs æquè ageret Iudex, qui præciſa alia quacumque probatione, ex dicto Teſtis de auditu alieno, fortiùs ſi eſſet vnicus, ad Reorum pœnam procederet, fallacis huius præſumptionis inductus authoritate; ità non æquum videri poſſet, ſi ex dicta læuiſſima præſumptione præſtantiſſimi PP. aduersùs noſtrum Ven. quidquam concludentèr probari poſſe prætenderent.

8 Hanc igitur ſuæ obſeruationis nimiam aſperitatem cum moderatione accipiendam eſſe agnoſcens ſemper laudandus Reuerendiſſimus Promotor, recurrit ad præſidium Adminiculorum, tùm in prima, tùm in nonnullis ſequentibus difficultatibus.

9 Verùm Adminicula quæ afferuntur, adeò leuia, & defectuoſa ſunt, vt potiùs nulla dici debeant. Nàm vel, vt in prima, Teſtis de auditu ſolo ſibimet adminiculans profertur. Et tamen adminiculum regularitèr deſumi debet aliundè, quàm ab ore, & perſona illius cui debet adminiculari, *Rota deciſ.*558. *num.* 3. *par.* 2. *recen.*, *Gabr. de probat. concluſ. prima in princip. Vermigl. conſil. crimin.* 305. *num.* 11. *Raynald. tom.*1. *obſeru. ad cap.*7. *ſupplet. num.* 90. Vel, vt in alijs paucis, pro adminiculo eſt vnicus Vitæ S. D. hiſtoricus non iuratus, nec vndè ſciat dicens, contra quod adminiculum facit *Raynald. d. ſupplet.*7. vbi = *quod ſi Teſtis adductus pro adminiculo ſit vnus de auditu, non dicitur adminiculum facere, nec iuuat alterius dictum, ſed requiritur quod ſint plures*, vt pluribus citatis tenet *Menoch. conſil.*422. *num.*99. *lib.*5. Vel demùm

eſt

eſt alter Teſtis de auditu ex ſola voce publica, nec allegans Authores, nec Conteſtes circa famam; in quibus caſibus talis Teſtis non ſolum non probat, ſed reijcitur tamquam falſus, *Farinacc. in prax. crim. de Indic. quaſt.47. num.209, Maſcard. concluſ.749. num.23.*

10 SECVNDA REFLEXIO eſt, quod quando etiam ſingulæ difficultates ritè, ac plenè ſupponerentur probatæ; ſi facta in ijs expreſſa examinentur iuxta ſincera Theologiæ principia, ſecundum omnes eorum circumſtantias, & præſertim intentionem, ac bonam fidem Operantis, nec vna reperietur, ob quam certò aſſeri poſſit, S. D. vel venialitèr peccaſſe. Saltem, nullus adeò rigidus eſſe poterit, qui iudicet pluſquam veniali culpa lapſum fuiſſe.

11 Hac de re certior habebitur probatio inferiùs in examine ſingularum difficultatum. Sed interim nunc attendi præcamur, ex omnium conſenſu, peccata venialia reperiri etiam in eximioribus, & ſanctioribus Dei Seruis, abſque quod ideò præcisè, ab heroicitate virtutum delapſi exiſtimentur. Regula enim fidei eſt, quod *ſeptiès in die cadit Iuſtus*. Et quod *non eſt homo, qui non peccet*, Eſtque verum illud etiam in ore Apoſtoli Ioannis, *ſi dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. Vndè S. Auguſtinus *de natur., & Grat. cap.36.* hæc habet = *excepta Beatiſſima Virgine, ſi omnes illos Sanctos, & Sanctas, cum hic viuerent, congregare poſſemus, & interrogare, vtrùm eſſent ſine peccato. Quid reſponſuros putamus? Vtrum hoc, quod iſti dicunt? An quod Ioannes Apoſtolus? Rogo vos, quantalibet fuerit in hoc Corpore excellentia Sanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, nonnè vna voce clamaſſent? Si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

12 TERTIA REFLEXIO eſt, quod omnes ferè animaduerſiones petantur ex factis, in quibus ſi aliquo ſenſu erraſſe S. D. dici poſſet, (quod abſolutè negaturi ſumus, contrariumque probaturi, vbi de ijs ſingillatim) erraſſe ſolummodò deprehenderetur ob exceſſum, feruidioremue habitum, ac nimietatem excellentiſſimæ Virtutis, diuerſæ, pro diuerſis caſibus dd. Animaduerſionum.

13 Nàm quæſo, quid de prima difficultate, quod Monaſterij derelictionem præferendam iudicauerit iuratarum Conſtitutionum violationi; atque violentijs aduerſum libertatem ſtatus Religioſi, à laico obtentatis, acquietioni? Quid de ſecunda, dum ſtolidam ſuæ humilitatis Tentatorem inclementius repuliſſe dicitur? Quid de quarta, cum in immodeſtā, ac periculoſam Religioſi licentiam ſeueriùs ſe exhibuiſſe obijcitur? Quid de quinta, dum aſperioribus creditur voluiſſe legibus Florentia Virginitatis lilia, in ſuis Monaſterijs, & in ſe ipſo, circumſepire? Quid de ſexta, & ſeptima, dum ad reuocandos à peccatis Parochianos inſolite, &, vt prætenditur, extra modum Sanctiſſimo Sacramento debitum, ſe geſſiſſe vrgetur? Quid demùm de alijs, dùm etiam à Iuuene Seruo Conſilium petijſſe. Dum Coniugatis cum Matrimonio cœlibem puritatem conſuluiſſe. Dum Tota nocte orantem in Eccleſia, altiùs ingemuiſſe. Dum in præparatione ad Miſſam, in illius celebratione, ac Gratiarum poſteà actione, prolixum nimis fuiſſe. Dum Cultum exteriorem neglexiſſe. Dum Fratri adiutori obedijſſe, & ſimilia accuſantur? Quid inquam rogo de talibus, ſi errores eſſent, dici poſſet? Niſi ea proueniſſe ob ſolum exceſſum, feruidiorem habitum, ac quamdam nimietatem excellentiſſimarum Virtutum, vel Zeli, vel humilitatis, vel Caſtimoniæ, vel obedientiæ, vel aliarum.

14 Tantum verò abeſt, vt hæroicitati Virtutum detrahant huiuſmodi exceſ-

ſus, quin potiùs illius ſint ſigna, vt cenſet *Card. de Laurea to. 2. in 3. ſent. diſp. 32. art. 9. num. 239.* Sic quaſi de exceſſu accuſandus prima facie videretur Moiſes *deuteron. 32.* dum ſic deprecatus eſt Dominum; *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem Scripſiſti.* Similitèr S. Apoſtolus, dum æſtu Charitatis commotus exclamat *Cupio anathama eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Super quibus verbis S. Chriſoſtomus *quid ais Paule? Nonne iam dixiſti quis nos ſeparabit à Charitate Chriſti? Imò, ait, quoniam amo Chriſtum, Cupio ſeparari à fruitione Chriſti, vt plures, imò omnes eum ament, & laudent.* Vel certè ſi errores eſſe abſolutè prætenditur, fatendum ſaltèm eſt, non alterius eſſe ordinis, quam qui in eximioribus pleriſque Sanctis, ab Apoſtolicis temporibus vſque ad noſtra, notari poſſent, cum ſcilicèt peccati horrore perculſi, ad inſueta opera, & penè vltra Virtutum metas tranſuecti ſunt, moniti ab Eccleſiaſtico *fili tamquàm à facie colubri fuge peccatum.*

15 Et hinc ad vindicandos huiuſmodi exceſſus ab omni Cenſura, piiſſimus Abbas Guilelmus in Vita S. Bernardi, satis ſibi duxit hæc proferre verba *lib. 1. cap. 8.* valdè Ven. Forerio appplicabilia = *Si in eo nimietas reprehenditur Sancti feruoris, habet ea certè apud pias mentes exceſſus iste reuerentiam, qua, quicumque Spiritu Dei aguntur, multum verentur in Seruo Dei reprehendere nimiùm, iſtam nimietatem. Habet facilè apud homines excuſationem; cum vix audeat quiſquam eum condemnare quem Deus iuſtificat, tam multa, tam ſublimia per eum operando. Felix, cui ſolùm reputatur ad Culpam, quod cæteri ſibi ſolent præſumere ad Gloriam.*

16 QVARTA REFLEXIO eſt, quod quamuis aliqua ex factis animaduerſionum in malam partem poſſent accipi (quod paſſim accidit actionibus etiam Sanctioribus) ſaltem in bonam quoque ſumi valeant, vti ex eorum ſola conſideratione, & ex reſponſis ad ſingula obiecta à nobis poſteà afferendis, agnoſcetur.

17 Sed cum iſtud occurrit, Theologi, ac Canoniſtæ conueniunt, in dubijs interprætationem eſſe faciendam in bonam partem, niſi adſint manifeſta contrarij Indicia, Ità *S. Th. ſecunda ſecundæ quæſt. 60. art. 4. Vbi non apparent manifeſta Indicia de malitia alicuius,* ait, *Debemus eum vt bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubiũ eſt.* Et antè eum, S. Auguſtinus cuius verba referũtur *in cap. Eſtote. de reg. Iur.* ſic habet = *Hoc loco non aliud præcipi exiſtimo, niſi vt ea facta, quæ in dubium eſt, quo Animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Gloſſ. in cap. abſit quæſt. 3. in Tex., Abb. in cit. cap. Eſtote num. 5. Barboſ. ibidem,* vbi omnes concordantes. Quod cum ſit principium à Natura imbibitum, ad ipſos etiam ſupremos Iudices ſpectare monet *Abb. d. cap. Eſtote num. 5. de reg. Iur.*

18 Cum ergo hoc verum ſit in gratiam quorumcumque hominum, à fortiori certè debet hic admitti, vbi agitur de actionibus Viri non ſolum Religioſa profeſſione, Sacerdotio, ac Parochiali Miniſterio decorati; Sed prætereà Titulis Inſtitutoris vnius Ordinis Religioſi, Eccleſiæ vtillimi ac in Regionibus ſaltèm Vltramontanis celeberrimi. *Summario pag. 19. Num. 5. §. primo &c.* Reformatoriſque, ac Superioris Generalis alterius, ſimilitèr ad Eccleſiæ decus, & fidelium ædificationem, reexcitati. ibidem *pag. 30. num. 6. §. primo &c.* Viri, qui vitia in Campo Domini graſſantia, ad radices vſque extirpauit, virtuteſque oppoſitas implantauit, & rigauit. Atque hæreſum monſtra in vniuerſo Salmenſi Principatu profligauit *Summario pag. 11. §. primo, pag. 39.,* & hic *infrà ad diſ. 8.* Viri ab Adoleſcentiæ ſuæ Initijs, vſque ad mortem, voce

omnis

omnis Cleri, Populique apud quos, non per paucos, ſed per *76.* Annos, vixit, pro Sancto ſemper habiri, ac talis denominati, *Summario Num. 59. pag. 336.* Viri, d\ __no ſpeciatim inſignis notæ Epiſcopi, Anicienſis ſcilicèr, & Ebroicenſis, alijque granes Prælati; Imo Eminentiſſimus quoque quanrus erat, Card. Berullus (qui omnes cum S. D. frequentia habuerunr Conſortia) aſſerere non dubitarunr, *eum fuiſſe vnum è maioribus Sanctis plurium retrò ſæculorum; Atque ſpeculum, in quo omnium Virtutum ſimùl congregatarum conſpiciebantur Imagines. Summario pag. 372. S. 14., pag. 383. num. 67. pag. 335. S. 6., & in Summario prò Signatura Commiſ. pag. 68.* Viri de quo R. P. Ioan. Fourier Socier. Ieſu pluries Superior Prouincialis, atque director ſimul S. Franciſci Saleſij, & noſtri Venerabilis, hunc illi præire in aliquo, & greſſibus giganteis perfectionis viam percurrere, vtrumque laudans, aſſerere non dubitauerit. Nec diſſimiliter Papa Alex. VII. Lecta Petri Vita, in ea virrurum notaſſe faſtigia, in nulla altera cuius vis Sancti à ſe obſeruata. *Summario pag. 335. S. 4. 5.* Viri, ad cuius Tumulum prodigioſo propè, vniuerſali, & nunquam hactenùs interpolato, imò porius creſcente Concurſu, à diſtantioribus etiam Prouincijs, accedere non deſtiterunt, rum Epiſcopi, alijque Prælati, tum ſupremi Principes, ac Principiſſæ, rum cuiuſuis alterius conditionis homines, dummodò Chriſtiani, ſiuè pretioſos cineres veneraturi, ſiue opem imploraturi, aùr pro obrenta Gratias acturi *Summario pag. 336. num. 59. per tot.*, & etiam *ex Summario hìc in fine num. 1., & 2.*

19 Hæc inquam omnia mouere certè debenr ſummopetè ad interprætandum in bonam partem ea, ſi ralia eſſent, quæ in Animaduerſionibus contra Ven. Petrum Forerium, in malam quoque ſumi poſſent.

20 QVINTA TANDEM REFLEXIO, quod licèt intèr facta animaduerſa, reperirentur aliqua ſolitæ Prudenriæ hominum imperuia, nec ad imitationem alijs proponenda, quæ certè pauciſſima erunt; Non tamen hinc ſtatim talia, vr mala deberent condemnari, ſiquidem pro Ven. Petro eædem militarent regulæ, proptèr quas Eccleſia numquàm damnanit, ſed potius reuerira, & mirara eſt, in Sanctis benè multis, facta huiuſmodi extraordinatia, nec proponenda quaſi imitanda.

21 Horum nonnulla, præter alia multa omnibus nora, tùm ex Scripturis, tùm ex rora ſerie Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, norant Sanctus Franciſcus Saleſius *Tractat. de Amore Dei cap. 12.*, & Cardinalis Bona *de Diſcret. Spirit. cap. 7. num. 6.*, vbi vterque docet, quod *licèt non ſint imitanda, neque tamen damnanda ſint*, ob præſumpros impulſus, ſeù inſtinctus diuinos ad talia opera; qui cum ſoli Deo noti ſint, hìc fauet Sanctus Auguſtinus *ſerm. 32.* dicens: *De his, quæ Deo ſunt nota, & nobis incognita, periculosè Proximos iudicamus.* Et ideò Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt. 68. artic. primo*, ait: *Qui mouentur per inſtinctum diuinum non expedit conſiliari ſecundùm rationem humanam. Sequuntur interiorem inſtinctum, quia mouentur à meliori principio, quam ſit ratio humana.* Et Sanctus Chriſoſtomus *homil. 24. in Ioannem. Nihil peius quam humanis rationibus Spiritualia ſubijcere.* Non igitur damnanda ſunt ſtatim Illuſtriorum Sernorum Dei opera, licèt prudentiæ humanæ minùs conſonantia appareant. Sunt ij præſertim *filij Dei*, & ideò *Spiritu Dei* agi faciliùs credunrur.

22 Attamen cùm dicat etiam Scriprura non credendum omni Spiritui, ſed probandos eſſe Spiritus an ex Deo ſint, idcircò, vt minùs circà hanc probarionem æquè difficilem, ac periculoſam, coniecturando erretur, duas proponit regulas Cardinalis Bona *Lib. de Diſcret. Spirit. cap. 7. num. 6.*

Digitized by Google

num. 6. circa medium: Primam his verbis = *Talem verò Impulſum ad opera mirabilia, & non conſueta, tùnc eſſe à Deo cognoſcimus, ſi vocatus ad ea, excellenti Sanctitate emineat*. Non itaque actus, de quibus ambigitur, ſolitariè, & ſeiunctìm ab alijs actibus, quibus Vitæ ſeries, & Sanctitas componitur, ſumendi ſunt; Sed coniunctìm, vt ea, quæ ſunt obſcura, & incerta, per alia, quæ ſunt clara, & indubitata, explicentur. Quod confirmat Riccard. à S. Victor. *de Praparat. Anim. ad contempl. cap.* 70., vbi pluribus allatis de diſcretione boni, & mali Spiritus; tandem ait = *Et vt totum breuitèr concludam, debet totum, interiùs, & exteriùs, ſtatum, & habitum hominis, in quantum poſſibile eſt, cognoſcere*. Qua regula etiam Chriſtus vſus eſt, vt Iudæos ſe calumniantes, ob ſignum factum in Sabatho, reprimeret, dicens Ioannis 5. *Ipſa Opera, quæ Ego facio Teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me*.

23 Alteram Regulam ſic exprimit idem Eminentiſſimus Bona ibidem = *Si Seruus Dei omnia aduerſa patientiſſimè toleret, quia in patientia, & tolerantia, verus Chriſtianitatis Spiritus conſiſtit, & præcipuè eius actus eſt veterem hominem crucifigere*.

24 Iam verò ſi quis ſcrutetur ſecundùm has Regulas ea opera, quæ ipſi poſſent videri in Venerabili Petro prudentiæ humanæ minùs conſona, nec ad imitationem proponenda; Conijcet facilè Seruum Dei fuiſſe à Deo motum, ac impulſum ad talia Opera, dummodò reuoluere dignetur; Primò, totam eius vitæ ſeriem in Summario expoſitam ad eius Virtutes comprobandas; ibi enim maniſeſtè per totum Opera eius Teſtimonium perhibent de ipſo. Et ſecundò ſpecialitèr *numer.* 23. *pag.* 128. *& ſequen.*, *& num.* 50. *pag.* 269. *& ſequen.*, *num.* 51. *pag.* 281. *& ſeq.*, *& num.* 53. *pag.* 287. *& ſequen.*, vbi patientia Serui Dei in aduerſis, veteris hominis in ſe crucifixio, ſui ipſius abnegatio, atque annihilatio, cum tanta euidentia deprehenduntur probatæ, vt vix inter Sanctos quoſuis illuſtriora mortificationis, patientiæ, ac abnegationis ſui poſſent reperiri exempla.

25 His reflexionibus credimus non parum occurriſſe de nouo reaſſumptis animaduerſionibus generatim ſpectatis; Sed cùm eas ſolùm, vt præliminaria propoſuerimus, iam ad ſingulas Difficultates ſumus reſponſuri.

Reſponſio ad primam Difficultatem;

26 HAc prima animaduerſione reprehenditur à Reuerendiſſimo Promotore Seruus Dei quaſi imprudens, eo quod Monialibus Vrbis Luxemburgenſis conſuluerit, vt Monaſterium potiùs ſuum dèſererent, quam ad habitum Religionis admitterent Mariam de Mansfeld, illegitimis ortam Natalibus, ſui ex parte Fundatoris, Viri Nobilis, Sororem.

27 Circà probationem Facti, ex quo deſumitur animaduerſio, nihil videtur ſupereſſe dicendum, cùm iam in Reflexione prima, *prælim. num.* 4. 6. *&* 7. ipſam eſſe nullam ſatis demonſtrauerimus, ex eo quod adhibeatur Teſtis vnica de ſolo auditu alieno, nec ipſi vllum ſuffragetur validum adminiculum. Quæ reſponſio ſufficeret pro remouendis quibuſuis circà obiectionem ſcrupulis. Attamen ad ſuperabundantiam, perſuaſi quod factum in Animaduerſione enunciatum, ſit potiùs actus heroicè virtuoſus, alıud adiungemus reſponſum.

28 Iuuat

28 Iuuat itaque referre dictæ Teſtis verba. Sic ait *Summario pag.232. §.23.* *Che il detto Venerabile Seruo di Dio hà fatto conoſcere una fortezza grandiſſima per mantenere le Regole, e Statuti, che haueua dato alle dette Religioſe della Congregatione, il che ſi vidde in quanto al Monaſtero della detta Congregatione nella Città di Luxembourg, fondato in parte dal Conte, e dalla Conteſſa di Mansfeld, nel quale Monaſtero il detto Conte di Mansfeld voleua ſforzare, ed obligare le Religioſe di dare l'habito alla ſua Sorella Maria di Mansfeld, la quale era nata fuor di matrimonio. Le Religioſe ne diedero auuiſo al detto Venerabile Seruo di Dio, e le mandò di non acconſentirui, e che laſciaſſero più toſto il Monaſtero, che di fare quel torto alle loro Conſtitutioni, & alla Religione; onde la Signora di Mansfeld non ſù riceuuta alla veſtizione.*

29 In quibus verbis duo præcipuè obſeruanda ſunt. Primò; Occaſio petendi conſilium in Monialibus. Secundò; Ipſummet Conſilium datum à Venerabili Seruo Dei. Quoad primum ſtatim ſe offert poteſtas Laica vim inferre volens, vt Communitas Monialium ipſius Sororem quæcumque eſſet, vellent, nollent, ad Religionem admitteret = *Voleua ſforzare, & obligare le Religioſe di dare l'habito alla ſua Sorella.* Coactio verò, & obligatio aduersùs Moniales, vt reciperent ad habitum prædictam Sororem, neceſſariò ſupponit Moniales iam iam eam admittere recuſaſſe; quia alitèr Comes coactionem, & vim non paraſſet: Cur autem Monialibus intentanda vis eſſet, ex dicto Teſtis non poteſt deduci, & cùm acceptio, vel reiectio Monialium fieri ſoleat votis ſecretis, non explicata cauſa reiectionis, illam diuinare non poſſumus. Sanè plures, & graues cauſæ potuerunt mouere animum Monialium, nè reciperent ad Religionem dictam Mariam de Mansfeld, vel quod non eſſet Officijs Religionis idonea, vel quod ipſamet Regularibus Votis aſtringere ſe non cuperet, vel quod prauis moribus exiſtimaretur, vel quia, cùm proueniret ex illegitimis Natalibus, ex ipſa præſumptione Sacrorum Canonum excludenda cenſeretur à Sacris Clauſtris, maximè ijs, quibus ex ſpeciali fine inſtituti cura demandata eſt edocendarum Puellarum ad pietatem, & ſanctos mores; quam præſumptionem laudat Fagnan. *in cap. Ad extirpandas de fil. Presbyt. num. 44. & 47.* Aſſerens huiuſmodi diſpoſitiones Canonicas, excludentes illegitimos ab Eccleſia eſſe fauorabiles, & ampliandas in odium Incontinentiæ, & ad euitandum Populi ſcandalum.

30 Quæcumque autem cauſa fuerit, nemo non videt temeritatem Laici libertati Eccleſiaſticæ, & Religioſæ Diſciplinæ iniurioſam, dum prædictus Comes vim, & metum tentabat aduerſus Moniales, vt admittere cogerentur ipſius Sororem ad habitum Religionis. Qua iniuria nulla grauior inferri poterat Religioni, & Conſtitutionibus, quia per eam tollitur libertas Monaſterij, læditurque Iuſtitia; ſiquidem conſenſus ex vtraque parte debet eſſe mutuus; & ſicuti Puella Monaſterio, ità Monaſterium Puellę pari obligatione ligatur. Quare amborum debet eſſe par conditio, ſicuti explicat Suarez *de Relig. tom.3. lib.6. cap.4. nu.19.* Et receptio, & profeſſio Monialis facta ſine tali libertate, nulla, & inualida cenſetur ex defectu legitimi conſenſus Monaſterij, vt idem Suarez obſeruat, *ibidem num. 21.* Immò ſi vis inferatur non à Poteſtate Laica, ſed vel ab Epiſcopo, vel ab altero earum Superiore Iuriſdictionem habente, non exindè receptio, & profeſſio ſtatum validitatis acquirunt; ità decernitur *in cap. Ea Nos citat. de his, quæ fiunt à Prælatis.* Qui Textus, & ſi loquatur de Inſtitutione Beneficiorum, per Doctores

appli-

applicatur ad receptionem Nouitiorum, Bordon. *de Profeſſ. Regular. cap.4. num. 55. & 59.*, Mirau. *in Manual. quæſt.25. art. primo verſic. Tertia concluſio*.

31 Explicata cauſa petendi conſilium, & certus factus Venerabilis Forerius de violentijs Comitis de Mausfeld, te diligentèr, & maturè, vt ſolebat, ponderata, duo reſpondit. Primò, nè dictis violentijs acquieſcerent, *le mando di non acconſentirui*. Secundò. Immò ab ipſis relinquendum potiùs fore Monaſterium, quam adeò graue Conſtitutionibus, & Religioni damnum inferre. *E che laſciaſſero più toſto il Monaſtero, che di far quel torto alle loro Coſtitutioni, e alla Religione*.

32 Sanè ſcribendo ne conſentirent admiſſioni, nihil contra virtutem Serui Dei reperitur cenſura dignum, quoniam ſi ſecùs reſpondiſſet, peccaſſet econtrà aduersùs debitum munus Inſtitutoris, & Monialibus fuiſſet euidens cauſa peccati, dum acquieuiſſent peccaminoſis violentijs Comitis iuxtà illud Apoſtoli *ad Romanos* 1. *Qui talia agunt digni ſunt morte, & non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Si ergo præſtari non poterat conſenſus à Monialibus Comitis coactioni ſine peccato, reliquum erat, quod ſi minæ redigerentur ad actum, & vis effectiuè adhiberetur, in hoc caſu potiùs Moniales relinquerent Monaſterium, quam ijs acquieſcerent, & iniuriam Conſtitutionibus, & Religioni inferri permitterent. Nec dubium eſt, quod Conſtitutionibus, & conſequentèr Religioni, iniuria illata fuiſſet, cùm in Conſtitutionibus, & quidem à Sancta Sede approbatis, ab ipſiſque Monialibus profeſſione ſolemni iuratis, inter articulos excludentes à receptione expreſsè ſtatuitur *part. prima cap. 2. num. 9.* illegitimitas Natalium. *Et num. 16.* vetatur, nè ad receptionem concludatur, niſi priùs facto à Monialibus diligenti examine morum poſtulantis, aliarumque eius qualitatum ad Religionem requiſitarum, & niſi è tribus ſuffragiorum partibus, pluſquam duæ concurrant ad receptionem.

33 Conſilium itaque deſerendi Monaſterium, potiùs quam acquieſcendi huiuſmodi iniurijs, à ſumma, & cœleſti Prudentia Serui Dei videtur dictatum, quia per ipſum remouebatur cauſa peccandi in Monialibus, necnon in ipſo Comite, cùm per dimiſſionem Monaſterij ceſſaret in eo cauſa adhibendi vim, per quam vltrà peccatum incurriſſet maiorem excommunicationem, per Textum *in cap. Sciant cuncti de Elect.* quæ pœna renouata eſt in Bulla Cœnæ. Sair. *in cap.20. num.20. lib.3. ad d. Bull.*, & probant etiam authoritates, quæ afferuntur per Barboſ. *ſeſſ.25. Concil. Trident. cap.18. de Regular.*, vbi ſicuti Anathemati ſubijciuntur, qui inuitas Virgines ad ſuſceptionem habitus Religioſi impellunt, ità ex identitate, innodati cenſentur illi, qui contra libertatem Monaſterij cogunt Moniales ad recipiendas Puellas in Religionem.

34 Præſtantia etiam dati conſilij ex eo intelligitur, quia Virgo contrà voluntatem Monialium accepta, & contra Canonicas leges, Veriſimilitèr etiam, vt præſumitur, ad Religionem non vocata, tanquàm morbida Ouis totum Monaſterium inficere valuiſſet; Cum tamèn in primordijs inſtitutæ religionis ſumma diligentia curandum ſit, vt vſu, & praxi ſolidiùs ſtabiliantur leges, ac ſpiritus Religionis, aduertente S. Ephrem. *de doct. var. cap.32.* graue malum, quod diſciplinæ monaſticæ euenit ex Inobſeruantia Conſtitutionum. *Magnum quippè Animarum naufragium, in quo Canones, & recta vita Conſtitutiones non vigent.* Et S. Bonauentura de ſex alis Seraphim *Cap.3.* §. ait: *Tranſgreſſio Regularum deformat Religionis decorem, & profectum ſpiritualem, & aliorum ædificationem ſolet impedire*. Quamobrèm potiùs ex hoc Conſilio veræ forti-

tudinis

tudinis argumentum deſumendum eſt, quod S. D. minis huius Mundi non perterritus, nec humanis reſpectibus allectus, nec ſeductus, tam facili, tamquè ſubtili cupiditate dilatandi ordinem, ſterit *quaſi Murus pro Domo Dei, veritus ſolummodò eum, qui poteſt, & Animam, & Corpus perdere in gehennam.*

35 Poſſent pluribus exemplis ſuperiùs dicta illuſtrari. Tria tantum referemus à tribus magni nominis Fundatoribus eiuſdem Sęculi Inſtitutorum, quæ ſi comparentur cum facto noſtri Ven. Fundatoris, neceſsè erit concludere, quod ſicuti illa ad ſignum heroicæ virtutis, exprimuntur, non diuerſimodè cenſeri debeat in caſu noſtro.

36 Primum ſit Sancti Philippi Nerij, de quo Barnab. *in vita Card. Baron. cap.19.* tradit, quod, cum in Oratorio degeret dictus Cardinalis, iuſſa eſt ipſi à Summo Pontifice Sixto V. penſio annua, qua commodiùs conſcribendis, excudendiſque Annalibus daret Operam. Hoc audito Sanctus Philippus ſtatim Nuncium miſit Cœſari Baronio, qui ab illo contributionem annuam exigeret nomine Congregationis, & iuxtà huius Statuta. Excuſauit ſe multis Cęſar apud Sanctum; at inutilitèr: vndè, rogauit Bozzium, alterum Congregationis Sacerdotem doctrina, & moribus ſibi coniunctiſſimum, vt quibus poſſet rationibus Patrem flecteret, *nè fortè occaſio ſibi daretur aliò diuertendi*. Agit Bozzius vti pro Amico, mentem Cęſaris explicat Philippo, obſecrat, obteſtatur, vt paulò remiſſius agat cum illo, at fruſtrà; Audito Bozzio, Sanctus paucis reſpondet, *aùt pareat Cęſar, aùt abeat: Hominibus enìm non indiget Deus.* Certè ſatis præuidere poterat S. D. grandem fore Congregationis ſuæ amiſſionem, ſi vir quantus erat Baronius, ab ea aliò diuertiſſet, admirationemque, ne dicam aliquod ſcandalum, indè ſecuturam. Attamèn Sanctus, *aùt pareat Cęſar, aùt abeat*, ait, *Deus Hominibus non indiget*. Et huius reſponſionis hoc allegat motiuum fuiſſe ibidem Barnabeus, *quod Sanctiſſimus idemque prudentiſſimus Pater voluit, quas filijs ſuis præſcripſerat leges, & Inſtituta, ipſo initio ſtabilire, atque confirmare.*

37 De Sancto Ignatio aliud exemplum narrat Ioannes Bedellus in vita S. D. Gallicè edita *par.1.ſect.4.§.5.* Inter primos Patres ſui Ordinis refert ortã fuiſſe controuerſiam, nùm nouæ Religioni imponendum eſſet Sac. Nomen *Societatis Ieſu*, circà quod, plures è grauioribus, nominis amplitudinem inuidiarum cauſam fortè exituram cenſuerant, vndè exiſtimabant non eſſe imponendum. Ipſe è contrà imponendum iudicabat; ſed cum rationibus nonnullis mentem ſuam illi firmare velle viderentur, auditis eorum rationibus Sanctus Inſtitutor ſurrexit. *Et Ego*, inquit, *credo Deum velle ità eſſe, & niſi ità fiat, ad ſuos quiſque redeat, nec vlla ſit ſocietas, res planè infecta remaneat.*

38 Tertium exemplum deſumitur ex Operibus Sanctæ Thereſiæ *lib. de fundat. cap.21.*, vbi narrat, quod cum Principiſſa Paſternæ in Hiſpania fundaſſet eius Monialibus Monaſterium, in quo & ipſa habitum Religionis ſumpſit, valdè impatientèr clauſuram adeò ſtrictam ferebat, quodque deſideraſſet, vt ſibi è Monaſterio egredi liceret; Quod cum ob Concilij Tridentini decreta, ait Sancta Thereſia, Prioriſſa Monaſterij ipſi permittere non valeret, tędio victa, & aduersùs eamdem malè affecta, habitum, Monaſteriumque dereliquit. Deindè contrà omnes Moniales ſimultates exercuit. Quarè Sancta Fundatrix de omnibus inſtructa, non dubitauit fundationem, redditusque dimittere; Monialeſque ibi degentes ad aliud Monaſterium dirigere. *Procurai*, inquit, *per tutte le vie, che potei, ſupplicandone i Prelati, che ſi vi leuaſſe di quiui il Monaſtero, e ſe ne faceſſe vn'altro in Segouia, doue paſſarono le Monache.*

39 Si igitùr Sanctus Philippus Nerius Vito, vt erat Baronius priuari; ſi Sanctus Ignatius in ipſomet fętu, Religionem naſcentem extinguere; ſi Sancta Thereſia iàm fundato Monaſterio, & eius redditibus renuntiare, Monialeſque ibi collectas ad aliud Monaſterium progredi, maluerunt, potiùs quam remittere quidquàm, eorum quæ inſtitutis ſuis conuenire cenſebant; Nec dicti Sancti Fundatores imprudentia culpati poſſunt; imprudens certè reputari non debet noſter Ven. Foterius, dùm & Ipſe Monaſterij dimiſſionem Sacrarum Conſtitutionum, religioniſque Iniuriæ, ac damno prælegit.

40 Sed quoniàm Reuerendiſſimus Promotor opponit malum diſſolutionis Monaſterij potuiſſe de facili euitari, obtenta diſpenſatione apoſtolica pro Comitis ſorore illegitimis natalibus orta; Reſpondetur I., quod ad idem remedium recurrere poterat SanctaThereſia in gratiam Principiſſæ Fundatricis, obtinendo à Sancta Sede pro ipſa diſpenſationem Clauſuræ, ſeù libertatem egrediendi: ſed de hoc ne quidèm cogitauit, prætulitque Monaſterium actualitèr derelinqui, quam minùs bonis oculis à Fundatrice reſpici. Adeò malum valdè grande exiſtimant, qui ſpiritu Dei aguntur, diſciplinæ regularis Iactura, vt temporale bonum nullo modo eidem ſit comparandum.

41 Reſpondetur II. cauſam illegitimitatis gratis ſupponi, fuiſſe motiuum principale, & vnicum, cùr Moniales dictam M. de Mansfeld admittere recuſauerint, cum id teſtis non dicat, nec ſimplex enuntiatio illegitimitatis excludat alia Obſtacula; imò potiùs ſaltèm ingerat aliquam eorum ſuſpicionem, præſumique potiùs debeant ob dicta ſuperiùs de præuio examine poſtulantium, & ſuffragijs Monialium, quarum motiua in Capituli ſcrutinio ſecreta remanere debuerunt ex *dictis Conſtit. par. 1. cap. 3. num. 25.*, vbi dicitur, quod nulla alia allegabitur, in caſu recuſationis, ratio, quam *voluntatem Dei non eſſe, quod recipiatur poſtulans, ex quo Capitularibus ſuffragijs caruit*. Supponit etiam Conſilium recurrendi ad Sanctam Sedem, quod eſſent in M. de Mansfeld *adeò bonæ Indoles, ac tot meritorum ſuffragatio, vt Natalium ſupplerent defectum*, ſub qua ſola conditione Gregorius XIV. derogauit Conſtitutionibus Sixti V. Et tamèn de dictis dotibus, ac ſuffragatione nullibi apparet. Demùm par non erat, vt S. D. ſtatìm poſt datas Conſtitutiones Monialibus, poſt acceptatas, poſt confirmatas, ſuaderet contrà Ipſas recurſum.

42 Addi poteſt, quod huiuſmodi recurſus ità facilitèr ſtatìm in mentem debuerit venire, vt incredibile ſit, Comitem ipſum ex ſe de eo non cogitaſſe, & quod diſpenſationem non propriâ ſponte requiſiuiſſet, niſi aliæ, prætèr illegitimitatem, cauſæ obſtitiſſent. Sed id certiſſimum eſt, quod dùm nulla aderat diſpenſatio, nec de eo Comes curabat; ſed in minis, & violentijs fiduciam reponebat, ad recidendas omnes quæſtiones non aliud reſponſum Monialibus erat dandum per S. D., quam vt, in caſu coactionis, & violentiarum, potiùs Monaſterium derelinquerent.

43 Non credimus autem indigere reſponſione, quæ dicuntur, Moniales per huiuſmodi Conſilium relictas fuiſſe proprio arbitrio, vt dimitterentur, quo vellent; cum enim alia extarent eiuſdem Congregationis Monaſteria, procuIdubio S. D. ſtatìm curaſſet eas in aliqua eorum conduci, & recipi, quemadmodùm feciſſe Sanctam Thereſiam vidimus. Verùm Sanctus Fundator ad hoc remedium recurrere non indiguit, quia Deus benedixit eius reſponſioni; nàm dicta illegitima, religioni inidonea, admiſſa non fuit, vt refert Teſtis exaduerſo citatus, & Moniales, intactis Conſtitutionibus, & Religione, Monaſterium conſeruarunt, vt patet ex Cathalogo dato in *Summ. Reſp. de anno 1703. fol. 21.*

RE-

Digitized by Google

Reſponſio ad ſecundam Difficultatem.

44 EX eo, quod Ven. Forerius ſeuerè redarguerit, & è collocutorio Monialium pulſauerit affinem ſuum, qui eum denominabat Sanctum; ac talem vndequaque per vulgari aſſerebat, grandemque indè iactantiæ rationem familiæ ſuæ eſſe replicabat; Infert Reuerendiſſimus Promotor. Primo. S. D. Ira efferbuiſſe. Secundo Iniuria, & Contumelia affinem affeciſſe. Tertio ſcandalum excitaſſe.

45 Antequam pro hac animaduerſione, & prò reliquis ſubſequentibus, reſponſiones dentur, ſupplicamus Sapientiſſimos PP. pro reaſſumptione præteritarum ſcripturarum, quoniam cum agatur de obiectis iamdiù excitatis, & non minùs doctè, quàm accuratè, tam in poſitione, quam in Memorialibus, præcedenter ſolutis, non credimus iterùm repetenda eſſe quæ cum plauſu, & approbatione ſaltèm plurium fuerunt deducta. Quamobrem præſens ſtudium in hoc erit. vt nonnulla addantur, vel in iure, vel in facto, ex quibus, qui ſuperſunt in mentibus aliquorum, difficultatum ſcrupuli penitùs amoueantur.

46 Vnicus Teſtis de auditu ſolummodo paucis loquitur de facto, in quo Reuerendiſs. Promotor præſentem fundat animaduerſionem. At fuſius Autor vitæ S.D. licèt extraiudicialitèr, rem narrat, prout extat in actis vigore Compulſationis ex Proceſſu Tullen. fol. 4400., cuius verba ſunt. *Qualcheduno de ſuoi Affini eſſendolo venuto à viſitare, mentre ſtaua nel Parlatorio delle Monache in Verdun, penſando di hauer dà fare col commune degl'huomini, gli fece il ſuo complimento alla moda, e gli diſſe, che la ſua ventura non era piccola di eſſer entrato nell'Affinità di vna Famiglia, che ſi poteua vantare di hauere vn Santo. In ciò v'ingannate di molto, diſſe il Reuerndo Padre, Io ſono il più cattiuo di tutti gli huomini. Veramente, replicò l'altro, la riputatione, che hauete da per tutto, non parla così. Il che non potendo più ſoffrire la di lui manſuetudine, accendendoſi di colera, proruppe in fargli affronto, e ſpingerlo fuori del Parlatorio, gridando trè, ò quattro volte, via l'Adulatore. Doppo di che ritornando alla Madre Superiora, tanto commoſſo come ſe haueſſe cacciato qualche Profanatore del Tempio, che huomo è queſto, che voi laſciate entrare da voi? diſſe, Replicandogli la Madre, che ſi marauigliaua del trattamento, che egli faceua ad vn'huomo honorato. E vn Adulatore riſpoſe, e vn'huomo ſenza ingegno, di penſare, e parlare, come fà. Io vi prego, che mai lo vedi.* Ex hoc contextu non negamus aliquam Iram in S.D. excitatam: ſed diſtinguenda eſt duplex Ira. Alia quæ oritur ex Inordinatione paſſionum, motiuo vindictæ, & odij, aut ſuperbiæ, & prorumpit in verba iniurioſa, de qua intelligit Reuerendiſſimus Promotor iuxtà doctrinam Diui Thomæ, *ſub num.* 10., quæ abſolute eſt mala. Altera quæ naſcitur ex zelo, & auerſione à peccato, quæ etiam cum virtutis Incremento exercetur. Ità S. Auguſtinus *lib.9.cap.5.* ibi= *in diſciplina non tantum queritur ſi pius Animus iraſcatur; ſed quare iraſcatur: Iraſci enim peccanti, vt corrigatur ne pereat, neſcio vtrum quis piam ſana conſideratione reprehendat.* Ad Iracundiam hortatur S. Ambroſius ſuper Pſalmum 4. *Iraſcimini,* ait, *vbi Culpa eſt, cui iraſci debeatis; non poteſt enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur, alioquin non virtus, ſed lenitudo, & remiſſio iudicatur.* Sanctus Ioannes Chriſoſtomus homil. 11. ſuper Geneſim *Iuſta Ira Mater eſt diſciplinæ; Itaque non ſolum non peccant, qui cum Cauſa iraſcuntur, ſed contrà, niſi irati fuerint, peccant.* Et Lactant, *de Ira Dei Cap.17. Ira eſt neceſſaria ad prauitatis correctionem,*

& Cap. 18. *In coercitione peccatorum non ſolum non eſt cohibenda Ira, ſed etiam ſi iacet, excitanda.*

47 Ex conſenſu itaque PP. probatum remanet hoc ſecundum genus iracundiæ in Viris perfectis commoueri, & eſſe actum virtutis heroicæ. Supereſt modò; vt videamus, an verè S. D. hac ſecunda Ira fuerit motus aduerſus peccantẽ, & ex Cauſa peccati? Rem explicat Sanctus Auguſtinus *de Ciuitat. Dei lib. 14. Cap. 18.*, vbi ſub duplici Ciuitatis Cæleſtis, & Terreſtris nomine duarum motionũ internarũ affectus diſtinguit, ibi = *Amores duo fecerunt duas Ciuitates. Terrenam Amor ſui vſque ad contemptum Dei; Cæleſtem Amor Dei vſque ad contemptum ſui. Illa in ſe ipſa, hæc in Domino gloriatur. Illa quærit ab hominibus gloriam, & in gloria exaltat Caput ſuum; hæc dicit Deo diligam te virtus mea.* Facile autem intelligitur perfectam ſubiectionem Amoris ſui amori Dei, non eſſe virtutis ordinariæ opus, quia ſui ipſius victoria non ſine magno certamine reportatur; Imo in ipſis viris perfectis, & ad celſitudinem hæroicitatis tendentibus, exitus pugnæ difficilior, quia, vt advertit S. Chriſoſtomus *homil.* 15. Terrenus Amor ab Ipſis bonis operibus Arma deſumit ibi = *Omne malum ex malo naſcitur ſola autem Gloria vana ex bono procedit; Ideò non extinguitur per bonum, ſed magis nutritur. Quamobrem ſi interioris inanis gloriæ ſtimulis, externus Impulſor, ſiue Adulator accedat, timor ruinæ eſt manifeſtus.* Periculum animaduertit S. Hieronymus, ideoque in Epiſtola ad Nepot. *tom.* 2. *epiſt.* 2. eum commonet, vt à ſuis laudibus caueat, quoniam per illos offenſam Dei facile incurret, ibi = *Caue ne hominum rumuſculos aucuperis, ne offenſam Dei Populorum laude commutes*, & Thomas à Kempis *in Horto Roſar. cap. 8. ſect. 1. Plus nocet blanda laus ſtulti, quam dura iuſti Correctio.*

48 Inſuper animaduertendum, quod S. D. in primo Ingreſſu Virduni, non leuiter fuit tentatus à vanagloria, & rumuſculis laudis, ſiquidem Author vitæ eius, idem qui ſupra opponitur, ait Ibidem *fol.* 4344. *quando fece la ſua entrata in Verdun, vi trouò la Plebe preuenuta d'vna fama commune, che paſſando per Toul, vi haueua miracoloſamente reſa la ſanità ad un huomo eccleſiaſtico pericoloſamente ammalato. Sopra di che penſo di eſſer oppreſſo dà un tal concorſo, e calca di Popolo, che gl'andò incontro con tanto riſpetto, & acclamationi publiche, che gli fecero venire grandiſſimi rammarichi di eſſerui entrato, e far proteſta di non tornarui mai ſe ne foſſe potuto vſcire. Doppo mille faſtidij di ſbrigarſi dal mezzo di vna folla, che gli ſi era meſſa adoſſo per hauere l'honore di toccarlo, ò tagliarli qualche lembo delli ſuoi veſtiti, ne partì.* Ex quo facto comprehenditur quanta fuerit excitata tempeſtas, in corde S. D. Amoris ſui, aduerſus amorem Dei, & in quo periculo verſatus fuerit vanæ gloriæ: Sed cum in humilitate profunde radicatus, habitualiterque maximè in ea exercitatus eſſet, vt videre eſt in *Summar. num. 53. pag. 287. &c. & num. 54. pag.* 314., non fuit illi difficile de ſemetipſo victoriam reportare.

49 Verùm cum nouo ſe diſcrimini expoſitum vidit, audiens ſibi affinem ſuperbis, faſtuoſiſque verbis ipſi in facie blandiente, eum denominando Sanctum, & vti talem à fama vndequaque peruulgari aſſerendo, atque inde rationem eſſe familiæ ſuæ vnde iactaretur, vnum è ſuis eſſe Sanctum, *che ſi poteua vantare d'hauere un Santo*; tunc non dubitauit tentationem adeò vehementem, & replicatam, vehementiori quoque motu eſſe repulſandam; Sancte, & cum zelo, iraſcendo, vt à ſe remoueret eum, qui eam excitabat, *proruppe in colera.* Vndè, vt patet, ex ſolo motiuo vitandæ vanæ complacentiæ ex maxima de ſe laude, & conſeruandæ humilitatis gratia, iratus eſt; quæ ira propriè non niſi zelus, laude digniſſimus

audiri

audiri debet. Similis huic quoPetrum, Amicitiæ cauſa ſe à Crucis humilitate deterrere tentantem, redarguit Chriſtus his verbis Matthei 16. *Vade poſt me Sathana, Scandalum es mihi; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*. Quæ verba ſic exponit citatis PP. Cornel. à Lap. *Vade poſt me, ideſt, recede à me. Faceſſe hinc. Abi à conſpectu meo, quia hac in re non es mihi amicus, ſed Sathana, ideſt Aduerſarius, & ſcandalum; ideſt, offendiculum*.

50 Vindicata Ira S. D., probatoque ex doctrina PP., & exemplo Chriſti eſſe iraſcendum contra peccatores, & multo magis aduerſus eos, qui nos à virtute ad peccatum inducere tentant, inſpicere debemus, an S. D. affecerit verè Iniuria Affinem ſuum, vt opponit ſecundo loco Reu. Promotor. Certè ſi facti ſuppoſiti aliæ circumſtantiæ attentè perpendantur potius dicendum eſt correctionem fuiſſe Benignam, & mitem; non vero aſperam, & exceſſiuam. Primo enim perhumaniter reſpondit S. D., & humillimè: *in ciò v'ingannate di molto, Io ſono il più Cattiuo degl'homini* ſed cum ſemel repulſus, tantæ modeſtiæ non acquieuiſſet, neceſſarium fuit altius increpare, iuxtà illud Prophetæ *pſalm. 40. Corripiet Me Iuſtus in miſericordia*, & addit, & *increpabit me*, ſubiungitque ſtatim = *oleū autem Peccatoris non impinguet caput meum* = *malens* inquit S. Auguſtinus *Epiſt. 147. Seuera miſericordia emendari, quam leni adulationis vnctione laudari*. Et docens quomodo auerſari debeat Iuſtus adulationem, Oleo Peccatoris ſignificatam, de qua idem Pſalm. 54. *Molliti ſunt Sermones eius ſuper Oleo, & Ipſi ſunt Iacula*.

51 Secundo dum S.D. Affinem ſuum appellauit Adulatorem, & è Collocutorio exire compulit, dici non poteſt quod erga eum iniuriose egerit; quin enim erraret iſte Affinis, humilitati, ac modeſtiæ S. D. inſidians, nullus reuocare poteſt in dubium, vndè Caracter Sacerdotalis S.D., Profeſſio, ætas, & etiam exiſtimatio quam de ipſo alter habebat, tot erant rationes, ob quas S.D. hunc indiſcretum Iuuenem (talis enim ex ipſo ſuo diſcurſu facilè conijcitur) corrigeret, & à ſe remoueret ob periculum vanæ gloriæ; Neque hoc dici poteſt iniuria, aut contumelia iuxtà Doctrinam S. Thomæ *ſecunda ſecundæ quæſt. 72. artic. 1. Siquis verbum conuitij, aut contumelia alteri dixerit, non tamen animo de honorandi, ſed fortè propter correctionem, vel propter aliquid huiuſmodi, non dicit conuitium, aut contumeliam*, & conſequenter Cardin. Vgo *in Pſalm. 45.*, ait, *Quod iuſtè quis patitur, non eſt Iniuria*.

52 Minus quoque applicari valet correctioni à S. D. factæ, maledictio affixa dicenti fratri ſuo *Racha*, quæ manifeſtè intelligitur de exprobratione ex odio, & peruerſa Cordis diſpoſitione erga fratrem: Alioquin à fortiori Reus qq. dicendus eſſet Concilio Sanctus Paulus in correctione ad Elimam Magum his verbis conceptam *Ob plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, Inimice omnis iniuſtitia*. Et quando *ad Galat. 3.* ait, *ò Inſenſati Galatæ, quis Vos faſcinauit*. Et Sanctus Ioannes Baptiſta Lucæ 3. vocans Iudeos *Genimina viperarum*. Quam autem longè abeſſet V. Petrus ab hoc genere odij, abundè colligitur ex charitate, qua proſecutus ſemper fuit Peccatores, ad eorum conuerſionem aſſiduè laborans, & ſpecialiter offenſores ſuos, non ſolum contumelijs, ſed ictibus aliquando eum afficientes, quos ſubita condonatione, & beneficiorum collatione amplexatus eſt, vt fusè exponitur *Summar. nu. 27. pag. 138. & nu. 33. pag. 166. & ſeq.*

53 Sed an manibus ad humeros applicatis, Affinem eduxerit è collocutorio? Id quidem Teſtis vnicus aſſerit ex audito ab Authore vitæ S. D. qui nihilominùs hanc circumſtantiam non refert, vt ex eius verbis ſupra re-

latis

ſatis obſeruari poteſt. Attamèn quidquid ſit, nec indè ſtatim, culpandus eſſet S.D. ſiquidem Chriſtum, omniũ SS. Prototipon, legimus *Ioannis* 20. erga Vendentes in Templo multò grauius egiſſe, dùm funibus, quaſi flagello, vſus, eos vti prophanatores Templi eiecit, menſáſque, & æs nummulariorum ſubuertit, quia *ſcriptum eſt*, ſubdit Euangliſta *Zelus Domus tua commedit me*; licet Oculis hominum non viderentur admodum peccare, cum res ſacrificijs deſtinatas, iuxtà conſuetudinem iam ſtabilitam venderent. Neque igitur peccaſſe dicendus èſt S.D. cum eodem Zelo commotus quo Chriſtus erga Prophanatores Templi, applicata ad humeros manu Affinem remouiſſet è Collocutorio, vti narrat hiſtoricus, *x tanto commoſſo come ſe haueſſe cacciato qualche Profanatore del Tempio*.

54 Maiori etiam violentia Sanctiſſimos Viros legimus repuliſſe propriæ virtutis inſidiatores, nam dè S. Thoma Aquinate eius Officium in Breuiario fidem facit, quod *Mulierem Caſtitati ſuæ inſidiantem titione fugauerit*. Et de S. Franciſco Saleſio alteri, ob ſimile Scandalum, *in faciem expuiſſe*, narrat Giard. *in eius vita cap. 5. fol. 27.* . Et tamen Eccleſia huiuſmodi apparentes exceſſus in eis numquam damnauit; minus igitur damnandus eſſet noſter Ven. etiamſi, manu ad humeros applicata, eduxiſſet Inſidiantem humilitati ſuæ; quæ virtus, caſtitate minus pretioſa non eſt, & facilior amiſſu eſt. Nec refert, quod non ex malitia Affinis Adulator humilitati S. D. inſidiatus fuerit, cum id illius perdendæ periculum non tollat, nec culpam, indiſcretè ſaltem, blandientis, ex toto impediat.

55 Vtrum vero Superioriſſa facto præſens ſcandalizata fuerit, vt tertio loco infertur in animaduerſione, nec Teſtis citatus, nec Author vitæ id dicunt; ſed ſolum, quòd miraretur, *che ſi marauigliaua*; Et certe ſi ſcandalum inde ſumpſiſſet non culpandus ideò eſſet S. D. ſicuti nec Chriſtus, dum diſcipuli eius in Ipſum ſcandalizati ſunt nocte Paſſionis ſuæ iuxtà illud *Marci* 14. *Ait Ieſus: Omnes ſcandalizabimini in me nocte iſta.* *Fæ*minea itaque potius præcipitatione videtur hæc Ancilla Chriſti voluiſſe quaſi reprehendere ſuum Ven. Patrem, & Inſtitutorem; niſi potius id feſtiue, qm̃ dictum ſeriò, ſupponatur, dum illius Affinem, ciuilitatis motiuo, excuſatum deſiderauit. Sed mirari è contra debuiſſet quanta erat S. D. humilitas, vt pro diuertendis à ſe vanis laudibus, ſic aduerſus Carnem, & Sanguinem ſe erigeret, & ab eo ediſcere, quod Ipſemet in ſcriptura, & Sanctis PP. hauſerat, aures non præbendas eſſe adulationibus, vitandaque maximè vanæ complacentiæ, ac humilitatis amittendæ pericula, iuxta illud Eccleſiaſtici 3. *qui amat periculum peribit in illo*, & illud Gloſſ. ſuper pſalm. 69. *plus nocet lingua Adulatoris quam Gladius Perſecutoris*, & illud S. Hieronymi ad Celant. *epiſt.* 20. de adulatorum aſſentationibus loquentis, *nihil eſt*, ait, *quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animum feriat*.

56 Tandem ſi non obſtantibus omnibus prædictis, aliquis ſibi ſuadere non poſſit, quin pauliſper exceſſerit, & in aliquam Imperfectionem lapſus fuerit S.D., illum recordari ſupplicamus eorum, quæ præmiſimus Reflexione III. iuxtà quam *exceſſus iſte Sancti feruoris facilè excuſationem habet*. Et quod horrendæ propè pœnitentiæ, quibus aduerſum ſe continuò vſque ad mortem ſæuijt S.D., abſtinentiæ, Ieiunia, Cilicia, vigiliæ, Orationes, flagra, plagæ, & alia huiuſmodi, leuiores imperfectiones, ſi quæ fuerint, pluſquàm expiauerint. Referuntur dictæ pœniten-

tiæ

tiæ *Summarii Num.*50.*pag.*269.*& ſequen.Num.*51.*pag.*281.*& ſequen.*, ac alibi paſſim.

Reſponſio ad tertiam Difficultatem.

57 ARguit Reuerendiſſimus Promotor, S.D. Carnem aliquando commediſſe, licèt votum emiſiſſet ieiunandi, & abſtinendi à Carnibus, donec Conſtitutiones ſuarum Monialium perfeciſſet. Id iuxtà Teſtem in *Summ.Num.*46.*pag.*242. §.24.

58 Non ſolum ex hoc teſte, & pluſquàm decem alijs ibidem, conſtat hoc votum emiſſum fuiſſe à Ven. Petro, ſed, & inter eos affirmant ſeptem de viſu, dictum votum cum tanto rigore à S.D. fuiſſe obſeruatum, & quantum ad Ieiunium, & quantum ad abſtinentiam non ſolum à Carnibus, ſed quouis alio cibo, in quo aliquis ſapor eſſet vndè palatum tantiſper recrearetur, vt ſtupeat Lector à *pag.* 242. *ad* 257. Dicti ſeptem Teſtes de viſu aſſerentes adimpletionem voti ieiunandi ſunt II. *Summario pag.*240. §.11. *VII. pag.* 242. §.24. VIII. *pag.*245. §.35., IX. *pag.*248. §. 32. XII. *pag.*248. §. 45., XLII. *pag.* 249. §. 64., CLXVIII. *pag.*252. §. 82., vltra alios de auditu ibidem. Inter illos alij deponunt de viſu eum aliquando Ieiunium in ſolo pane, & aqua ad quinque ſeptimanas protraxiſſe, *Summario pag.*241. §.12. Alij non ſemel permanſiſſe tres dies integros cum noctibus abſolutè ieiunum, *Summario pag.* 246. §.47. *pag.*254. §.13. *pag.*81. §.46. Alij alia ſimilia, quæ referre hic longius foret.

59 Sed vt obſeruetur quantum abeſſet, vt Ieiunium, abſtinentiamue à Carnibus, vel minimùm poſt votum factum læderet, ſufficiet id hic referre, quod ibidem aſſeritur *pag.* 245. §. 38. *Che il medemo Seruo di Dio prendeua vn ſolo magro brodo alla giornata, verſo le ſette hore della ſera* (hoc eſt ſeptima poſt meridiem) *e che quando ſtaua male, toleraua che vi ſi aggiungeſſe alcuni legumi, come piſelli, e niente di più. Et vna volta eſſendo più indiſpoſto del ſolito, la medeſima Cuoca aggiunſe del brodo di Caſtrato nella ſua mineſtra, di che accortoſi il Ven. Seruo di Dio* (non dicit, quod de ea guſtauerit) *fece chiamare la Superiora per caſtigare la Cuoca, che era preſente, dicendo, che ſi guardaſſe bene di dare ſimili brodi alle Monache di Venerdì, che meritarebbe vna buona penitenza, mà che non meritaua; che per amor ſuo Alcuno pariſſe qualche coſa, e però egli medeſimo ne hauerebbe fatto la penitenza. Il detto Ven. Seruo di Dio haueua pure fatto voto d'aſtinenza durante il tempo, che applicarebbe alle vltime Coſtituzioni della detta Congregazione, il che hà oſſeruato per lo ſpatio di più di* 40. *Anni*.

60 Cum igitur tot Teſtes de viſu affirment omnes non ſolum votum factum, ſed, & obſeruatum cum mirando rigore, nihil præſtare contra illos poteſt Teſtis de auditu alieno citatus à Reuerendiſſimo Promotore, prætèr alterum, de quo Ipſemet conuenit locutum fuiſſe relatiuè ad tempus antè votum editum. Imò, & ex verbis vtriuſque clarè infertur, vtrumque teſtem dixiſſe de eodem facto, proindèque anteriori ad votum emiſſum. Hæc ſunt verba eorum locis in Animaduerſione citatis, Vnus, *che vna libra di Vaccina ſalata gli baſtaua cinque Settimane*. Alter, *che vn pezzo di Salame gli durò cinque Settimane*.

61 Præterea cum S.D. natus eſſet Annos triginta ſex circitèr quando votum emiſit (ſiquidem mortuus eſt anno ætatis 76., & votum perdurauit ſolum per vltimos quadraginta annos) facilè eſt allegatas quinque Se-

pti-

ptimanas præſumere incluſas fuiſſe intrà dictum primum tempus triginta ſex annorum. Imò id habetur probatum ex ſeptem ſuperius citatis Teſtibus de viſu; Qui cum probent in dictis quadraginta annis rigoroſe Ieiunium, iuxtà voti emiſſi religionem, obſeruaſſe, per neceſſariam conſequentiam infertur, commeſtionem ſiuè Carnis porcinæ, ſiuè bouinæ intelligendam eſſe ante dictum tempus. Et ad ſic credendum eo fortius mouemur, quod Teſtis per Reuerendiſſimum Promotorem adductus, cum nihil dicat de tempore, nullam meretur fidem, neque eſt attendendus in concurſu noſtrorum teſtium, qui de tempore obſeruati Ieiunij plenè deponunt. Farinacc. *de teſtib. quæſt. 64. num. 96.* Tum quia in conflictu teſtium, quæ ſunt dubia in benigniorem partem ſunt interpretanda, etiamſi deberent impropriari, Farinacc. *quæſt.* 68. *num.* 45. *&* 47. Tum quia ad euitandam contrarietatem deſumenda eſt conciliatio magis veriſimilis, Farinacc. *d. q.* 68. *n.* 43. cum omnibus concordantibus ibi allegatis, Pax Iordan. *lib.* 14. *tit.* 18. *n.* 1601.

Reſponſio ad quartam Difficultatem.

60 CVm Religioſo ſe accuſanti in Capitulo, quod tetigiſſet manum alterius Reſponderit S.D. his verbis, *vel tu alteri venenum propinaſti, vel ab illo accepiſti, vel vos ad inuicem veneno fortè interemiſtis*; Infert Rm̃us D. Promotor eum cõmiſiſſe Iudicium temerarium, atque in re graui Proximi famam læſiſſe.

61 Hæc noſtri Ven. erga Religioſum ſuum repræhenſio, à qua animaduertendi occaſio ſumpta eſt, refertur à teſte quidem vnico, ſed vt verum fateamur, maximi ponderis viro, ſcilicet R. P. Ioan. Etienne olim S.D. Diſcipulo, & poſtea vno ex eius in Generalatu ſucceſſoribus. Is poſtquam, loco in animaduerſione citato, aſſeruit de viſu, *Seruum Dei ſeruaſſe Caſtitatem verè angelicam in corpore humano*, allegat nonnulla facta id indicantia, & inter illa d. reſponſionem, *vel tu alteri venenum propinaſti, vel &c.*

62 Difficultati hac de cauſa excitatæ, iam aliàs maxima ſoliditate reſponſum fuit, ſcilicèt anno 1703. *fol.* 12. *num.* 6., ibique claré ſatis oſtenſum videtur Seruum Dei, nec in Iudicium temerarium lapſum fuiſſe, nec in vllam famæ læſionem. Attamen cum hodiè reaſſumatur, eamdem iterum alia via euacuaturi ſumus, abſque quod ideò recedere prætendamus à dictis in prælaudata reſponſione. Quod vt magis ordinatè fiat, duo ſtatim proponimus Vitam aſceticam ſpectantia, & communitèr admiſſa.

63 Primum, quod tactus manuum inter Religioſos à pleriſque eorum ordinum regulis prohibentur; & ſub granibus pœnis caſtigantur. De prohibitione non ſolum extat regula Canonicorum Regul. S. Saluatoris, ſed & Regula Sancti Pacomij *num.* 53. Collectio Caſſiani *lib.* 2. *cap.* 15. *&* *lib.* 4. *cap.* 16. Regula S. Benedicti *cap.* 16. Regula Camaldulenſium *lib.* 1. *cap.* 6. Regula Societatis Ieſu in regulis communibus, quæ eſt 34., vbi Negronius *n.* 1. *& ſeq.* Regula Congregationis S. Pauli a. *Conſtit. cap.* 15., *& cap.* 18.

64 De pœna autem contra peccantes in huiuſmodi Regulam, Caſſianus *lib.* 2. *cap.* 15. teſtatur, *quod tamquam Præuaricator mandatorum Reus conſtituebatur, & culpam publica pœnitentia diluere tenebatur.* Et *lib.* 4. *cap.* 16. hanc publicam pœnitentiam vocat *ſpiritualem*; ſub quo nomine Gloſſator, ad prędictum caput, in verbo *pœnitentia ſpiritualis*, corre-

rectionem Superioris intelligit, quam delinquens proſtratus in ſinaxi, hoc eſt, coram omnibus Fratribus, ſuſtinebat, donec veniam ab Abbate obtineret. Et rationem ſeueræ correctionis reddit Ioan. Gerſon. *tom. 3. tit. de diuerſis tentation.*, ibi. *Quia ex Conſuetudine ſe tangendi vertitur ſpiritualis amor in libidinem, carnalemque amorem; & demùm in finem ignominioſiſſimum.*

67 Secundum, pariter non controuerſum, eſt, quod iuxtà veterem, & nouam Clauſtralium diſciplinam, Superiores conſueuerunt ad humilitatis, & patientiæ exercitium, ſubditorum, modo culpas leuiſſimas exagerare, modo actus ad bonitatem, & malitiam referibiles, in malam partem accipere, modo etiam opera ſimplicitèr bona, in ſenſum tranſuerſum torquere. Ità rem exponit ſolidè, & eruditè Author operis gallicè ſcripti. *De Sanctitate, & Officijs vitæ Monaſticæ cap. 12. de pœnitentia. per totum*; vbi viginti quatuor quæſtionibus hanc praxim firmat authoritate Patrum, & Conſuetudinibus Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis, eamque aduerſus varias obiectiones tuetur.

68 De antiquis Monachis clara eſt Regula S. Benedicti *cap.* 7. quarto gradu de humilitate, quæ in correctionibus Superiorum accipiendis modum ſuis Monachis præſcribit, ibi = *In ipſa obedientia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis Iniurijs, tacitam patientiam amplectatur* = Et in recentioribus ordinibus, omiſſis alijs ſolæ ſufficiunt Societatis Ieſu Conſtitutiones à Sancta Sede confirmatæ, vbi *part. 3. cap. 1. num. 13.* dicitur: *Pœnitentias verò huiuſmodi prompta voluntate quiſque admittere debet, cum vero emendationis, & ſpiritualis profectus deſiderio, etiamſi propter defectum non culpabilem iniungerentur.* Notentur verba illa poſtrema *etiamſi propter defectum non culpabilem.*

69 His itaque præſuppoſitis, non modo facilè excuſatur, ſed prorsùs venit laudanda V. Petri erga ſuum Religioſum, ſe ſe accuſantem, repræhenſio. Et ſi enìm alicui paulò durior, & exageratiua videretur, nihilominùs penitùs conformis eſt vero, ac primitiuo ſpiritui ſtatus Religioſi iuxtà obſeruatum in primo ex duobus prænotatis, & inſuper diſciplinæ in ſecundo expoſitæ. Igitur cum vigore Breuis Apoſtol. Gregorij XV. ex *Summario pag. 31. §. 4.* Seruus Dei applicaretur reformationi Can. Regul. diſſolutè admodum illis in partibus viuentium, prudentiſſimè iudicabat ſatis non eſſe maiora deſtruxiſſe ſcandala, ſed inſpirandum etiam eſſe primæuum religioſæ vitæ ſpiritū, incutiendo Nouitijs ſuis horrorem etiam minimarum culparum, maximè in materia caſtitatis, quæ eſt vnum ex eſſentialibus profeſſionis religioſæ, & contra quod ſi offenditur, fædum valdè oritur ſcandalum; à quo Sancti abhorrentes prohibent quemuis etiam leuem carnis ab altero contactum, quod ſpecialitèr laudat Eccleſia in officio S. Petri de Alcantara, de quo ibidem *lect. 5. 23. Oct.* ſic habetur. *Puritatem ità coluit, vt à fratre in extremo morbo ſibi inſeruiente, nec leuitèr quidem tangi paſſus ſit.*

70 Quare in hac S. D. repræhenſione, vel damnanda, vel laudanda, prorſus vel conuenit hac regula S. Thom. 2. 2. *quaeſt. 72. art. 1.*, *maximè conſiderandum videtur*, ait, *ex quo affectu aliquis verba proferat . . . Si aliquis verbum conuitij, aut contumeliæ alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi, ſed fortè proptèr correctionem, vel proptèr aliquid huiuſmodi, non dicit conuitium, vel contumeliam*. Hìc porrò animus non dehonorandi, ſed corrigendi, aut alicuius ſimilis præſumitur ſemper in Superiore in Capitulo redarguente, & fortius in Reformatore, ac Patre Generali, vndè S. Auguſtinus in Regula Canonicorum Regul. *cap. 10.* ſic loquitur. Superioribus, qui fortè exceſſerint in repræhenſionibus. *Deus nouit*

 eos,

eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis; non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio. Quibus aptantur etiam illa S. Gregorij verba in moralibus à Thoma hibernico relata in floribus omnium Doctorum, *verbo Correctio num. 46. Sepè hoc magnis Doctoribus, mirandiſque contingit, vt qui alto charitate feruent, modum correctionis exagerent, vt lingua aliquid, quod non debet, dicat, quia mentem dilectio, quantum debet, inflammat.*

71 Inſuper, & abundantius remanet abſolutus noſter Ven. quia conſiderato controuerſiæ correctionis contextu, numquam affirmatiuè locutum fuiſſe probatur. Sanè quantum ad vltimam partem conceditur per Reuerendiſſimum Promotorem eſſe dubitantis, ob particulam *forte* in ea expreſſam, quæ dubitatiua eſt; ſed quæ cum non reperiatur in parte ſuperiori, hæc debet, ait, intelligi in ſenſu affirmatiuo.

72 Verùm dictio *vel*, quæ ſemel, & iterum reperitur in dicta parte Superiori = *vel tu alteri venenum propinaſti, vel ab alio accepiſti*, in ſenſum dubitatiuum accipi etiam tenet poſt Angel. *conſ. 94. num. 5.*, Barboſ. *de diction, dict. 43. num. 11.* Sicque intelligendum conſtat in noſtro Caſu proptèr identitatem perſonarum, & rationis, cùm vbique par vel dubitandi, vel affirmandi Cauſa ſit, fundata in tactu manuum earumdem numero perſonarum. Itaquè ſimplicis ſuſpicionis limites Correctio S. D. non prætergreditur. Suſpicio autem in Superioribus non ſolum vitio non vertitur, ſed laudi, ex S. Auguſtino *Serm. 21 de diuerſis* ibi = *Beneuolæ ſunt ſuſpiciones Gubernantium, & licet de filio malè ſuſpicari.*

73 Secundo, quando etiam verba Correctionis impropriarentur ad ſenſum affirmatiuum, nullam Cenſuram mereretur S. D. tùm quià, quæ proptèr peccati periculum ſunt prohibita ſub grauibus pœnis, etiamſi natura ſua eſſent indifferentia, cùm contra legem, & Conſcientiam operantis fiant, à culpa excuſari non poſſunt, vt docet S. Thomas *quod lib. 8. art. 13.*; Tum quia ex ſupradictis de communi obſeruantia omnium Religionum, licita eſt non ſolum aggrauatio Culpæ, & exacerbatio; ſed etiam fictio, vt probat præceteris Autor *lib. de ſanct., & offic. vitæ Monaſticæ cap. 12. quaſt. 2.*, vbi affert exemplum de eo, qui in menſa legendi excellentia alijs præeminet, nec dubitat, quin redargui poſſit, *tamquam Rectoris potiùs, quàm Lectoris, vices gerens, modo redolente, & ſuperbiam, & præſumptionem &c.*

74 Confirmat hanc Doctrinam præceteris, etiam authoritate S. Philippi Nerij, qui Sacerdotes, in familiaribus eorum Sermonibus ſæpiùs in publica Eccleſia diuerſimode de ſuperbia, de vanagloria repræhendit. Vt conſtat etiam ex eius vita *lib. 2. cap. 19. num. 20.*, *& 23.*, *& per totum*, vbi plura cumulantur exempla, quibus S. Fundator ſuos ſubditos, aut pietate diſcipulos, ludicris etiam, ad humilitatis experimentum, exercuit.

75 Id igitur, hic maximè, tenendum videtur, quod prudentiſſimè ſtatuit S. Ignatius in Conſtitutionibus *part. 3. cap. 1. num. 15.* ibi = *In Correctionibus iniungendis prudenti charitati ſuperioris relinquatur, qui in eis rationem habebit diſpoſitionis perſonarum, & ædificationis vniuerſalis, & particularis*; quod etiam S. Auguſtinus contrà Epiſtolam Parmen. *lib. 3. cap. 2.* ibi = *qui ergò præeſt fratribus ſic agat humili charitate, ac benigna ſeueritate, vt eorum ſe ſeruum eſſe meminerit, ſicuti ſeſe habent ipſius Domini, & exemplum, & præceptum.* Dum autem ſic generatim relinquitur modus Correctionis prudenti Charitati Superioris, vt aliquando *humili Charitate*, aliquando *benigna ſeueritate*, habita

diſpo-

diſpoſitionis perſonarum ratione; à fortiori idem relinquendum reformatori ſpecialitèr vocato à Deo, vti noſter Ven.. Et verè ſi hic *benigna Seueritate* vſus eſt, in alijs multis Caſibus *humili* paritèr *Charitate* vſum fuiſſe indicatur in *Summ. pag.* 193. §. 11.

76 Neque, vti proponit Reuerendiſſimus Promotor, ex ſupradictæ Correctionis, modo exageratiuo, & aggrauatiuo, diſciplina, vlla ſequitur famæ læſio. Nàm, vel quæſtio eſt in animaduerſione de fama apud Religioſos, & Confratres intrà cępta Monaſterij, & vix locus eſſe videtur dubitationi, cùm omnes Religioſi, illi præſertim apud quos viget feruor perfectionis religioſæ, huiuſmodi famam conſtituant, potiùs in humiliationibus, repræhenſionibus, atque Correctionibus intèr ſe publicis, ſcientes illud Apoſtoli ſibi conuenire, *Nos autem gloriari oportet in Cruce*. Verumque eſſe illud Eccleſiaſtici *In Igne probatur aurum, & argentum, homines verò acceptabiles in Camino humiliationis*. Vnde S. Auguſtinus ait de bono diſciplinæ *cap. 7. in fine*. *Intelligat vnuſquiſque, parum ſibi prodeſſe Conuerſationis famam, niſi in Contemptu Mundi amauerit diſciplinam*; Et ideò in aliquibus Religionibus expreſsè huiuſmodi famæ, etiam ante admiſſionem ad habitum, renunciatur, vti legitur in epitome Conſtitutionum Societatis Ieſu *part. 4. cap. 3. nu. 2. Tacitè autem eidem renunciatur*, ait Suarez *de relig. part. 4. lib. 10. cap. 7. num. 19.*, *dum voluntaria Confeſſione propria Culpa accuſantur*. Et hæc praxis denuntiandi Culpas publicè coram fratribus, vt à Superiore puniantur qui ſe accuſant, eſt ſpecialitèr præſcripta in ordine Canonicorum Regularium S. Saluatoris, iuxtà Conſtitutionem Benedicti XII. *Conſtit. 6. §. 7. Bullar. tom. 1.*

77 Quod ſi agatur de fama apud externos, ſeù extrà cœpta Monaſterij, neque eam lædit exageratiua, & aggrauatiua Culparum repræhenſio facta in Capitulo; quia nimirum, omnium Ordinum Conſtitutionibus, huic famæ Conſultum eſt, ſtatutis grauibus pœnis aduerſus eos, qui fratrum errata, vel eorum Correctiones ad externos denunciarent. Huiuſmodi prohibitiones, & his adiunctæ pœnæ, referuntur apud Nigron. *in regul. commun. Soc. Ieſu reg. 38. num. 6., & ſeqq.*, & intèr alias refertur regula Canonicorum Regularium S. Saluatoris *Cap. 25. §. 5.* vbi *declaratur Reus grauioris Culpa, qui Secreta Ordinis reuelauerit, vel etiam facta non manifeſtanda, aut pandenda detexerit, ſiuè propalauerit*.

78 Cùm igitur Correctio facta fuerit à S. D. erga ſuum Religioſum in Capitulo, nec periculum eſſet, nè diuulgaretur extrà Clauſtrum, quæcumque tandem fuiſſe prętenderetur, in nullo Caſu poſſet culpari Seruus D. ſed laudes è contra verè in ea meritus eſt.

Reſponſio ad Quintam Difficultatem.

79 SVB vnica difficultatis ſpecie proponitur à Reuerendiſſimo Promotore binus articulus Conſtitutionum, quas S. D. Monialibus ſuis tradidit, vnus his verbis. *Se la Monaca è in Agonia, e duri longo tempo; ò vero l'Agonizante perdi l'vſo de ſenſi, ò il giudizio, il Sacerdote ſi ritirerà vſcendo dal Monaſtero*. Alter iſtis circa formam præſcriptam Veſtis Monialium. *Per aiutare à conſeruar meglio queſta forma d'habito nella ſua Semplicità, ſi caſtigarà rigoroſamente vna Monaca, che ſarebbe ſtata tanto ardita di mutar il ſuo &c. è per la prima volta, che haurà commeſſo &c. ſarà inſerrata per otto giorni nella Camera peni-*

num. 6. circa medium. Primam his verbis = *Talem verò Impulſum ad opera mirabilia, & non conſueta, tùnc eſſe à Deo cognoſcimus, ſi vocatus ad ea, excellenti Sanctitate emineat*. Non itaque actus, de quibus ambigitur, ſolitariè, & ſeiunctìm ab alijs actibus, quibus Vitæ ſeries, & Sanctitas componitur, ſumendi ſunt; Sed coniunctim, vt ea, quæ ſunt obſcura, & incerta, per alia, quæ ſunt clara, & indubitata, explicentur. Quod confirmat Riccard. à S. Victor. *de Præparat. Anim. ad contempl. cap. 70.*, vbi pluribus allatis de diſcretione boni, & mali Spiritus; tandem ait = *Et vt totum breuitèr concludam, debet totum, interiùs, & exteriùs, ſtatum, & habitum hominis, in quantum poſſibile eſt, cognoſcere*. Qua regula etiam Chriſtus vſus eſt, vt Iudęos ſe calumniantes, ob ſignum factum in Sabatho, reprimeret, dicens Ioannis 5. *Ipſa Opera, quæ Ego facio Teſtimonium perhibent de me, quia Pater miſit me*.

23 Alteram Regulam ſic exprimit idem Eminentiſſimus Bona ibidem = *Si Seruus Dei omnia aduerſa patientiſſimè toleret, quia in patientia, & tolerantia, verus Chriſtianitatis Spiritus conſiſtit, & præcipuè eius actus eſt veterem hominem crucifigere*.

24 Iam verò ſi quis ſcrutetur ſecundùm has Regulas ea opera, quæ ipſi poſſent videri in Venerabili Petro prudentiæ humanæ minùs conſona, nec ad imitationem proponenda; Conijcet facilè Seruum Dei fuiſſe à Deo motum, ac impulſum ad talia Opera, dummodò reuoluere dignetur; Primò, totam eius vitæ ſeriem in Summario expoſitam ad eius Virtutes comprobandas; ibi enim manifeſtè per totum Opera eius Teſtimonium perhibent de ipſo. Et ſecundò ſpecialitèr *numer.* 23. *pag.* 128. *& ſequen.*, *& num.* 50. *pag.* 269. *& ſequen.*, *num.* 51. *pag.* 281. *& ſeq.*, *& num.* 53. *pag.* 287. *& ſequen.*, vbi patientia Serui Dei in aduerſis, veteris hominis in ſe crucifixio, ſui ipſius abnegatio, atque annihilatio, cum tanta euidentia deprehenduntur probatæ, vt vix inter Sanctos quoſuis illuſtriora mortificationis, patientiæ, ac abnegationis ſui poſſent reperiri exempla.

25 His reflexionibus credimus non parum occurriſſe de nouo reaſſumptis animaduerſionibus generatìm ſpectatis; Sed cùm eas ſolùm, vt præliminaria propoſuerimus, iam ad ſingulas Difficultates ſumus reſponſuri.

Reſponſio ad primam Difficultatem.

26 HAc prima animaduerſione reprehenditur à Reuerendiſſimo Promotore Seruus Dei quaſi imprudens, eo quod Monialibus Vrbis Luxemburgenſis conſuluerit, vt Monaſterium potiùs ſuum desererent, quam ad habitum Religionis admitterent Mariam de Mansfeld, illegitimis ortam Natalibus, ſui ex patre Fundatoris, Viri Nobilis, Sororem.

27 Circà probationem Facti, ex quo deſumitur animaduerſio, nihil videtur ſupereſſe dicendum, cùm iam in Reflexione prima, *prælim. num.* 4. 6. *&* 7. ipſam eſſe nullam ſatis demonſtrauerimus, ex eo quod adhibeatur Teſtis vnica de ſolo auditu alieno, nec ipſi vllum ſuffragetur validum adminiculum. Quæ reſponſio ſufficeret pro remouendis quibuſuis circà obiectionem ſcrupulis. Attamen ad ſuperabundantiam, perſuaſi quod factum in Animaduerſione enunciatum, ſit potiùs actus heroicè virtuoſus, aliud adiungemus reſponſum.

28 Iuuat

28 Iuuat itaque referre dictæ Teſtis verba. Sic ait *Summario pag. 232. §. 25.* *Che il detto Venerabile Seruo di Dio hà fatto conoſcere vna fortezza grandiſſima per mantenere le Regole, e Statuti, che haueua dato alle dette Religioſe della Congregatione, il che ſi vidde in quanto al Monaſtero della detta Congregatione nella Città di Luxembourg, fondato in parte dal Conte, e dalla Conteſſa di Manſfeld, nel quale Monaſtero il detto Conte di Manſfeld voleua ſforzare, ed obligare le Religioſe di dare l'habito alla ſua Sorella Maria di Manſfeld, la quale era nata fuor di matrimonio. Le Religioſe ne diedero auuiſo al detto Venerabile Seruo di Dio, e le mandò di non acconſentirui, e che laſciaſſero più toſto il Monaſtero, che di fare quel torto alle loro Conſtitutioni, & alla Religione; onde la Signora di Manſfeld non fù riceuuta alla veſtizione.*

29 In quibus verbis duo præcipuè obſeruanda ſunt. Primo; Occaſio petendi conſilium in Monialibus. Secundò; Ipſummet Conſilium datum à Venerabili Seruo Dei. Quoad primum ſtatim ſe offert poteſtas Laica vim inferre volens, vt Communitas Monialium ipſius Sororem quæcumque eſſet, vellent, nollent, ad Religionem admitteret = *Voleua ſforzare, & obligare le Religioſe di dare l'habito alla ſua Sorella.* Coactio verò, & obligatio aduersùs Moniales, vt reciperent ad habitum prædictam Sororem, neceſſariò ſupponit Moniales iam iam eam admittere recuſaſſe; quia alitèr Comes coactionem, & vim non paraſſet: Cur autem Monialibus intentanda vis eſſet, ex dicto Teſtis non poteſt deduci, & cùm acceptio, vel reiectio Monialium fieri ſoleat votis ſecretis, non explicata cauſa reiectionis, illam diuinare non poſſumus. Sanè plures, & graues cauſæ potuerunt mouere animum Monialium, nè reciperent ad Religionem dictam Mariam de Mansfeld, vel quod non eſſet Officijs Religionis idonea, vel quod ipſamet Regularibus Votis aſtringere ſe non cuperet, vel quod prauis moribus exiſtimaretur, vel quia, cùm proueniret ex illegitimis Natalibus, ex ipſa præſumptione Sacrorum Canonum excludenda cenſeretur à Sacris Clauſtris, maximè ijs, quibus ex ſpeciali fine inſtituti cura demandata eſt edocendarum Puellarum ad pietatem, & ſanctos mores; quam præſumptionem laudat Fagnan. *in cap. Ad extirpandas de fil. Presbyt. num. 44. & 47.* Aſſerens huiuſmodi diſpoſitiones Canonicas, excludentes illegitimos ab Eccleſia eſſe fauorabiles, & ampliandas in odium Incontinentiæ, & ad euitandum Populi ſcandalum.

30 Quæcumque autem cauſa fuerit, nemo non videt temeritatem Laici libertati Eccleſiaſticæ, & Religioſæ Diſciplinæ iniurioſam, dum prædictus Comes vim, & metum tentabat aduerſus Moniales, vt admittere cogerentur ipſius Sororem ad habitum Religionis. Qua iniuria nulla grauior inferri poterat Religioni, & Conſtitutionibus, quia per eam tollitur libertas Monaſterij, læditurque Iuſtitia; ſiquidem conſenſus ex vtraque parte debet eſſe mutuus; & ſicuti Puella Monaſterio, ità Monaſterium Puellæ pari obligatione ligatur. Quare amborum debet eſſe par conditio, ſicuti explicat Suarez *de Relig. tom. 3. lib. 6. cap. 4. nu. 19.* Et receptio, & profeſſio Monialis facta ſine tali libertate, nulla, & inualida cenſetur ex defectu legitimi conſenſus Monaſterij, vt idem Suarez obſeruat, *ibidem num. 21.* Immò ſi vis inferatur non à Poteſtate Laica, ſed vel ab Epiſcopo, vel ab altero earum Superiore Iuriſdictionem habente, non exindè receptio, & profeſſio ſtatum validitatis acquirunt; ità decernitur *in cap. Ea Noſcitur. de his, quæ fiunt à Prælatis.* Qui Textus, & ſi loquatur de Inſtitutione Beneficiorum, per Doctores

appli-

applicatur ad receptionem Nouitiorum, Bordon. *de Profeſs. Regular. cap.4. num. 55. & 59.*, Mitan. *in Manual. quaſt.25. art. primo verſic. Tertia concluſio*.

31 Explicata cauſa petendi conſilium, & certus factus Venerabilis Forerius de violentijs Comitis de Mansfeld, re diligentèr, & maturè, vt ſolebat, ponderata, duo reſpondit. Primò, nè dictis violentijs acquieſcerent, *le mando di non acconſentirui*. Secundò. Immò ab ipſis relinquendum potiùs fore Monaſterium, quam adeò graue Conſtitutionibus, & Religioni damnum inferre. *E che laſciaſſero più toſto il Monaſtero, che di far quel torto alle loro Coſtitutioni, e alla Religione*.

32 Sanè ſcribendo ne conſentirent admiſſioni, nihil contra virtutem Serui Dei reperitur cenſura dignum, quoniam ſi ſecùs reſpondiſſet, peccaſſet econtrà aduersùs debitum munus Inſtitutoris, & Monialibus fuiſſet euidens cauſa peccati, dum acquieuiſſent peccaminoſis violentijs Comitis iuxtà illud Apoſtoli *ad Romanos 1. Qui talia agunt digni ſunt morte, & non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*. Si ergo præſtari non poterat conſenſus à Monialibus Comitis coactioni ſine peccato, reliquum erat, quod ſi minæ redigerentur ad actum, & vis effectiuè adhiberetur, in hoc caſu potiùs Moniales relinquerent Monaſterium, quam ijs acquieſcerent, & iniuriam Conſtitutionions, & Religioni inferri permitterent. Nec dubium eſt, quod Conſtitutionibus, & conſequentèr Religioni, iniuria illata fuiſſet, cùm in Conſtitutionibus, & quidem à Sancta Sede approbatis, ab ipſiſque Monialibus profeſſione ſolemni iuratis, inter articulos excludentes à receptione expreſsè ſtatuitur *part. prima cap. 2. num. 9.* illegitimitas Natalium. *Et num.16.* vetatur, nè ad receptionem concludatur, niſi priùs facto à Monialibus diligenti examine morum poſtulantis, aliarumque eius qualitatum ad Religionem requiſitarum, & niſi è tribus ſuffragiorum partibus, pluſquam duæ concurrant ad receptionem.

33 Conſilium itaque deferendi Monaſterium, potiùs quam acquieſcendi huiuſmodi iniurijs, à ſumma, & cœleſti Prudentia Serui Dei videtur dictatum, quia per ipſum remouebatur cauſa peccandi in Monialibus, necnon in ipſo Comite, cùm per dimiſſionem Monaſterij ceſſaret in eo cauſa adhibendi vim, per quam vltrà peccatum incurriſſet maiorem excommunicationem, per Textum *in cap. Sciant cuncti de Elect.* quæ pœna renouata eſt in Bulla Cœnæ. Sair. *in cap.20. num.20. lib.3. ad d. Bull.*, & probant etiam authoritates, quæ afferuntur per Barboſ. *ſeſſ.25. Concil. Trident. cap.18. de Regular.*, vbi ſicuti Anathemati ſubijciuntur, qui inuitas Virgines ad ſuſceptionem habitus Religioſi impellunt, ità ex identitate, innodari cenſentur illi, qui contra libertatem Monaſterij cogunt Moniales ad recipiendas Puellas in Religionem.

34 Præſtantia etiam dati conſilij ex eo intelligitur, quia Virgo contrà voluntatem Monialium accepta, & contra Canonicas leges, Veriſimilitèr etiam, vt præſumitur, ad Religionem non vocata, tanquàm morbida Ouis totum Monaſterium inficere valuiſſet; Cum tamèn in primordijs inſtitutæ religionis ſumma diligentia curandum ſit, vt vſu, & praxi ſollidiùs ſtabiliantur leges, ac ſpiritus Religionis, aduertente S. Ephrem. *de doct. var. cap.32.* graue malum, quod diſciplinæ monaſticæ euenit ex Inobſeruantia Conſtitutionum. *Magnum quippè Animarum naufragium, in quo Canones, & recta vita Conſtitutiones non vigent.* Et S. Bonauentura de ſex alis Seraphim *Cap.3.* ait: *Tranſgreſſio Regularum deformat Religionis decorem, & profectum ſpiritualem, & aliorum edificationem ſolet impedire*. Quamobrèm potiùs ex hoc Conſilio veræ fortitudinis

tudinis argumentum deſumendum eſt, quod S. D. minis huius Mundi non perterritus, nec humanis reſpectibus allectus, nec ſeductus, tàm facili, tamquè ſubtili cupiditate dilarandi ordinem, ſtetit *quaſi Murus pro Domo Dei, veritus ſolummodò eum, qui poteſt, & Animam, & Corpus perdere in gehennam.*

35 Poſſent pluribus exemplis ſuperiùs dicta illuſtrari. Tria tantum referemus à tribus magni nominis Fundatoribus eiuſdem Sęculi Inſtitutorum, quæ ſi comparentur cum facto noſtri Ven. Fundatoris, neceſsè erit concludere, quod ſicuti illa ad ſignum heroicæ virtutis, exprimuntur, non diuerſimodè cenſeri debeat in caſu noſtro.

36 Primum ſit Sancti Philippi Nerij, de quo Barnab. *in vita Card. Baron. cap.* 19. tradit, quod, cum in Oratorio degeret dictus Cardinalis, iuſſa eſt ipſi à Summo Pontifice Sixto V. penſio annua, qua commodiùs conſcribendis, excudendiſque Annalibus daret Operam. Hoc audito Sanctus Philippus ſtatim Nuncium miſit Cœſari Baronio, qui ab illo contributionem annuam exigeret nomine Congregationis, & iuxtà huius Statuta. Excuſauit ſe multis Cęſar apud Sanctum; at inutilitèr: vndè, rogauit Bozzium, alterum Congregationis Sacerdotem doctrina, & moribus ſibi coniunctiſſimum, vt quibus poſſet rationibus Patrem flecteret, *nè fortè occaſio ſibi daretur aliò diuertendi*. Agit Bozzius vti pro Amico, mentem Cęſaris explicat Philippo, obſecrat, obteſtatur, vt paulò remiſſius agat cum illo, at fruſtrà; Audito Bozzio, Sanctus paucis reſpondet, *aùt pareat Cęſar, aùt abeat: Hominibus enìm non indiget Deus.* Certè ſatis præuidere poterat S. D. grandem fore Congregationis ſuæ amiſſionem, ſi vir quantus erat Baronius, ab ea aliò diuertiſſet, admirationemque, ne dicam aliquod ſcandalum, indè ſecuturam. Attamèn Sanctus, *aùt pareat Cęſar, aùt abeat*, ait, *Deus Hominibus non indiget*. Et huius reſponſionis hoc allegat motiuum fuiſſe ibidem Barnabeus, *quod Sanctiſſimus idemque prudentiſſimus Pater voluit, quas filijs ſuis præſcripſerat leges, & Inſtituta, ipſo initio ſtabilire, atque confirmare.*

37 De Sancto Ignatio aliud exemplum narrat Ioannes Bedellus in vita S. D. Gallicè edita *par.* 1. *ſect.* 4. §. 5. Inter primos Patres ſui Ordinis refert ortã fuiſſe controuerſiam, nùm nouæ Religioni imponendum eſſet Sac. Nomen *Societatis Ieſu*, circà quod, plures è grauioribus, nominis amplitudinem inuidiarum cauſam fortè exituram cenſuerant, vndè exiſtimabant non eſſe imponendum. Ipſe è contrà imponendum iudicabat; ſed cum rationibus nonnullis mentem ſuam illi firmare velle viderentur, auditis eorum rationibus Sanctus Inſtitutor ſurrexit. *Et Ego*, inquit, *credo Deum velle ità eſſe, & niſi ità fiat, ad ſuos quiſque redeat, nec vlla ſit ſocietas, res planè infecta remaneat.*

38 Tertium exemplum deſumitur ex Operibus Sanctæ Thereſiæ *lib. de fundat. cap.* 21., vbi narrat, quod cum Principiſſa Paſternæ in Hiſpania fundaſſet eius Monialibus Monaſterium, in quo & ipſa habitum Religionis ſumpſit, valdè impatientèr clauſuram adeò ſtrictam ferebat, quodque deſideraſſet, vt ſibi è Monaſterio egredi liceret; Quod cum ob Concilij Tridentini decretà, ait Sancta Thereſia, Prioriſſa Monaſterij ipſi permittere non valeret, tędio victa, & aduersùs eamdem malè affecta, habitum, Monaſteriumque dereliquit. Deindè contrà omnes Moniales ſimultates exercuit. Quarè Sancta Fundatrix de omnibus inſtructa, non dubitauit fundationem, redditusque dimittere; Monialeſque ibi degentes ad aliud Monaſterium dirigere. *Procurai*, inquit, *per tutte le vie che potei, ſupplicandone i Prelati, che ſi vi leuaſſe di quiui il Monaſtero, e ſe ne faceſſe vn'altro in Segouia, doue paſſarono le Monache.*

 39 Si

39 Si igitùr Sanctus Philippus Nerius Viro, vt erat Baronius priuari ; ſi Sanctus Ignatius in ipſomet fœtu, Religionem naſcentem extinguere ; ſi Sancta Thereſia iàm fundato Monaſterio, & eius redditibus renuntiare, Monialeſque ibi collectas ad aliud Monaſterium progredi, maluerunt, potiùs quam remittere quidquàm, eorum quæ inſtitutis ſuis conuenire cenſebant; Nec dicti Sancti Fundatores imprudentia culpari poſſunt; imprudens certè reputari non debet noſter Ven. Forerius, dùm & Ipſe Monaſterij dimiſſionem Sacrarum Conſtitutionum, religioniſque Iniuriæ, ac damno prælegit.

40 Sed quoniàm Reuerendiſſimus Promotor opponit malum diſſolutionis Monaſterij potuiſſe de facili euitari, obtenta diſpenſatione apoſtolica pro Comitis ſorore illegitimis natalibus orta ; Reſpondetur I., quod ad idem remedium recurrere poterat Sancta Thereſia in gratiam Principiſſæ Fundatricis, obtinendo à Sancta Sede pro ipſa diſpenſationem Clauſuræ, ſeù libertatem egrediendi : ſed de hoc ne quidèm cogitauit, prætulitque Monaſterium actualitèr derelinqui, quam minùs bonis oculis à Fundatrice reſpici. Adeò malum valdè grande exiſtimant, qui ſpiritu Dei aguntur, diſciplinæ regularis Iactura, vt temporale bonum nullo modo eidem ſit comparandum.

41 Reſpondetur II. cauſam illegitimitatis gratis ſupponi, fuiſſe motiuum principale, & vnicum, cùr Moniales dictam M. de Mansfeld admittere recuſauerint, cum id teſtis non dicat, nec ſimplex enuntiatio illegitimitatis excludat alia Obſtacula; imò potiùs ſaltèm ingerat aliquam eorum ſuſpicionem, præſumique potiùs debeant ob dicta ſuperiùs de præuio examine poſtulantium, & ſuffragijs Monialium, quarum motiua in Capituli ſcrutinio ſecreta remanere debuerunt ex *dictis Conſtit. par. 1. cap. 3. num.* 25., vbi dicitur, quod nulla alia allegabitur, in caſu recuſationis, ratio, quam *voluntatem Dei non eſſe, quod recipiatur poſtulans, ex quo Capitularibus ſuffragijs caruit*. Supponit etiam Confiiium recurrendi ad Sanctam Sedem, quod eſſent in M. de Mansfeld *adeò bona Indoles, ac tot meritorum ſuffragatio, vt Natalium ſupplerent defectum*, ſub qua ſola conditione Gregorius XIV. derogauit Conſtitutionibus Sixti V. Et tamèn de dictis dotibus, ac ſuffragatione nullibi apparet. Demùm par non erat, vt S. D. ſtatìm poſt datas Conſtitutiones Monialibus, poſt acceptatas, poſt confirmatas, ſuaderet contrà Ipſas recurſum.

42 Addi poteſt, quod huiuſmodi recurſus ità facilitèr ſtatìm in mentem debuerit venire, vt incredibile ſit, Comitem ipſum ex ſe de eo non cogitaſſe, & quod diſpenſationem non propria ſponte requiſiuiſſet, niſi aliæ, prætèr illegitimitatem, cauſæ obſtitiſſent. Sed id certiſſimum eſt, quod dùm nulla aderat diſpenſatio, nec de eo Comes curabat; ſed in minis, & violentijs fiduciam reponebat, ad recidendas omnes quæſtiones non aliud reſponſum Monialibus erat dandum per S. D., quam vt, in caſu coactionis, & violentiarum, potiùs Monaſterium derelinquerent.

43 Non credimus autem indigere reſponſione, quæ dicuntur, Moniales per huiuſmodi Conſilium relictas fuiſſe proprio arbitrio, vt diuerterent, quo vellent; cum enìm alia extarent eiuſdem Congregationis Monaſteria, proculdubio S. D. ſtatìm curaſſet eas in aliqua eorum conduci, & recipi, quemadmodùm feciſſe Sanctam Thereſiam vidimus. Verùm Sanctus Fundator ad hoc remedium recurrere non indiguit, quia Deus benedixit eius reſponſioni; nàm dicta illegitima, religioni inidonea, admiſſa non fuit, vt refert Teſtis exaduerſo citatus, & Moniales, intactis Conſtitutionibus, & Religione, Monaſterium conſeruarunt, vt patet ex Cathalogo dato in *Summ. Reſp. de anno* 1703. *fol.* 21.

RE-

Digitized by Google

Reſponſio ad ſecundam Difficultatem.

44 EX eo, quod Ven. Forerius ſeuerè redarguerit, & è collocutorio Monialium pulſauerit affinem ſuum, qui eum denominabat Sanctum; ac talem vndequaque per vulgari aſſerebat, grandemque indè iactantiæ rationem familiæ ſuæ eſſe replicabat; Infert Reuerendiſſimus Promotor. Primo. S. D. Ira efferbuiſſe. Secundo Iniuria, & Contumelia affinem affeciſſe. Tertio ſcandalum excitaſſe.

45 Antequam pro hac animaduerſione, & prò reliquis ſubſequentibus, reſponſiones dentur, ſupplicamus Sapientiſſimos PP. pro reaſſumptione præteritarum ſcripturarum, quoniam cum agatur de obiectis iamdiù excitatis, & non minùs doctè, quàm accuratè, tam in poſitione, quam in Memorialibus, præcedenter ſolutis, non credimus iterùm repetenda eſſe quæ cum plauſu,& approbatione ſaltèm plurium fuerunt deducta. Quamobrem præſens ſtudium in hoc erit, vt nonnulla addantur, vel in iure, vel in facto, ex quibus, qui ſuperſunt in mentibus aliquorum, difficultatum ſcrupuli penitùs amoueantur.

46 Vnicus Teſtis de auditu ſolummodo paucis loquitur de facto, in quo Reuerendiſſ. Promotor præſentem fundat animaduerſionem. At fuſius Autor vitæ S.D. licèt extraiudicialitèr,rem narrat,prout extat in actis vigore Compulſationis ex Proceſſu Tullen. fol. 4400., cuius verba ſunt. *Qualcheduno de ſuoi Affini eſſendolo venuto à viſitare, mentre ſtaua nel Parlatorio delle Monache in Verdun. penſando di hauer dà fare col commune degl'huomini, gli fece il ſuo complimento alla moda, 'e gli diſſe, che la ſua ventura non era piccola di eſſer entrato nell'Affinità di vna Famiglia, che ſi potena vantare di hauere vn Santo. In ciò v'ingannate di molto, diſſe il Reuerndo Padre, Io ſono il più cattiuo di tutti gli huomini. Veramente, replicò l'altro, la riputatione, che hauete da per tutto, nun parla così. Il che non potendo più ſoffrire la di lui manſuetudine, accendendoſi di colera, proruppe in fargli affronto, e ſpingerlo fuori del Parlatorio, gridando trè, ò quattro volte, via l'Adulatore. Doppo di che ritornando alla Madre Superiora, tanto commoſſo come ſe haueſſe cacciato qualche Profonatore del Tempio, che huomo è queſto, che voi laſciate entrare da voi? diſſe, Replicandogli la Madre, che sì marauigliaua del trattamento, che egli faceua ad vn'huomo honorato. E vn Adulatore riſpoſe, e vn' huomo ſenza ingegno, di penſare, e parlare, come fà. Io vi prego, che mai lo vedi.* Ex hoc contextu non negamus aliquam Iram in S.D. excitatam: ſed diſtinguenda eſt duplex Ira. Alia quæ oritur ex Inordinatione paſſionum, motiuo vindictæ, & odij, aut ſuperbiæ, & prorumpit in verba iniurioſa, de qua intelligit Reuerendiſſimus Promotor iuxtà doctrinam Diui Thomæ, *ſub num.* 10., quæ abſolute eſt mala. Altera quæ naſcitur ex zelo, & auerſione à peccato, quæ etiam cum virtutis Incremento exercetur. Ità S. Auguſtinus *lib.9.cap.5.* ibi= *in diſciplina non tantum queritur ſi pius Animus iraſcatur; ſed quare iraſcatur: Iraſci enim peccanti, vt corrigatur ne pereat, neſcio vtrum quis piam ſana conſideratione reprehendat.* Ad Iracundiam hortatur S. Ambroſius ſuper Pſalmum 4. *Iraſcimini*, ait, *vbi Culpa eſt, cui iraſci debeatis; non poteſt enim fieri, vt non rerum indignitate moueamur, alioquin non virtus, ſed lenitudo, & remiſſio iudicatur.* Sanctus Ioannes Chriſoſtomus homil. 11. ſuper Geneſim *Iuſta Ira Mater eſt diſciplina; Itaque non ſolum non peccant, qui cum Cauſa iraſcuntur, ſed contrà, niſi irati fuerint, peccant.* Et Lactant, *de Ira Dei Cap.17. Ira eſt neceſſaria ad prauitatis correctionem*,

& Cap.18. *In coercitione peccatorum non ſolum nõ eſt cohibenda Ira,ſed etiam,ſi iacet, excitanda .*

47 Ex conſenſu itaque PP. probatum remanet hoc ſecundam genus iracundiæ in Viris perfectis commoueri, & eſſe actum virtutis heroicæ . Supereſt modò ; vt videamus , an verè S. D. hac ſecunda Ira fuerit motus aduerſus peccantẽ, & ex Cauſa peccati ? Rem explicat Sanctus Auguſtinus *de Ciuitat. Dei lib.14. Cap.18.*, vbi ſub duplici Ciuitatis Cæleſtis ,& Terreſtris nomine duarum motionũ internarũ affectus diſtinguit , ibi =*Amores duo fecerunt duas Ciuitates.Terrenam Amor ſui vſque ad contemptum Dei;Cæleſtem Amor Dei vſque ad contemptum ſui . Illa in ſe ipſa ; hæc in Domino gloriatur. Illa quærit ab hominibus gloriam , & in gloria exaltat Caput ſuum; hæc dicit Deo diligam te virtus mea.* Facile autem intelligitur perfectam ſubiectionem Amoris ſui amori Dei,non eſſe virtutis ordinariæ opus , quia ſui ipſius victoria non ſine magnõ certamine reportatur;Imo in ipſis viris perfectis, & ad celſitudinem hæroicitatis tendentibus,exitus pugnæ difficilior,quia,vt ad-vertit S.Chriſoſtomus *homil.* 15. Terrenus Amor ab Ipſis bonis operibus Arma deſumit ibi=*Omne malum ex malo naſcitur ſola autem Gloria vana ex bono procedit; Ideò non extinguitur per bonum, ſed magis nutritur. Quamobrem ſi interioris inanis gloria ſtimulis , externus Impulſor , ſiue Adulator accedat , timor ruina eſt manifeſtus .* Periculum animaduertit S. Hieronymus , ideoque in Epiſtola ad Nepot. *tom. 2. epiſt.* 2. eum commonet, vt à ſuis laudibus caueat,quoniam per illos offenſam Dei facile incurret,ibi =*Caue ne hominum rumuſculos aucuperis , ne offenſam Dei Populorum laude commutes* , & Thomas à Kempis *in Horto Roſar. cap. 8.ſect.1. Plus nocet blanda laus ſtulti , quam dura iuſti Correctio .*

48 Inſuper animaduertendum, quod S. D. in primo Ingreſſu Virduni,non leuiter fuit tentatus à vanagloria , & rumuſculis laudis, ſiquidem Author vitæ eius, idem qui ſupra opponitur , ait Ibidem *fol.* 4344. *quando fece la ſua entrata in Verdun,vi trouò la Plebe preuenuta d'vna fama commune , che paſſando per Toul , vi haueua miracoloſamente reſa la ſanità ad un huomo eccleſiaſtico pericoloſamente ammalato.Sopra di che penſo di eſſer oppreſſo dà un tal concorſo,e calca di Popolo, che gl'andò incontro con tanto riſpetto , & acclamationi publiche , che gli fecero venire grandiſſimi rammarichi di eſſerui entrato , e far proteſta di non tornarui mai ſe ne foſſe potuto vſcire . Doppo mille faſtidij di ſbrigarſi dal mezzo di vna folla , che gli ſi era meſſa adoſſo per hauere l'honore di toccarlo , ò tagliarli qualche lembo delli ſuoi veſtiti , ne partì .* Ex quo facto comprehenditur quanta fuerit excitata tempeſtas , in corde S. D. Amoris ſui , aduerſus amorem Dei , & in quo periculo verſatus fuerit vanæ gloriæ.Sed cum in humilitate profunde radicatus , habitualiterque maximè in ea exercitatus eſſet , vt videre eſt in *Summar. num.* 53. *pag.* 287. *&c. & num.* 54. *pag.* 314. , non fuit illi difficile de ſemetipſo victoriam reportare .

49 Verùm cum nouo ſe diſcrimini expoſitum vidit,audiens ſibi aſſioem ſuperbis , faſtuoſiſque verbis ipſi in facie blandienre, eum denominando Sanctum , & vti talem à fama vndequaque peruulgari aſſerendo , atque inde rationem eſſe familiæ ſuæ vnde iactaretur, vnum è ſuis eſſe Sanctum, *che ſi poteua vantare d'hauere un Santo*; tunc non dubitauit tentationem adeò vehementem , & replicatam , vehementiori quoque motu eſſe repulſandam;Sancte , & cum zelo,iraſcendo , vt à ſe remoueret eum , qui eam excitabat , *proruppe in colera.* Vndè,vt patet,ex ſolo motiuo vitandæ vanæ complacentiæ ex maxima de ſe laude , & conſeruandæ humilitatis gratia , iratus eſt; quæ ira propriè non niſi zelus, laude digniſſimus

audiri

audiri debet. Similis huic quo Petrum, Amicitiæ cauſa ſe à Crucis humilitate deterrere tentantem, redarguit Chriſtus his verbis Matthei 16. *Vade poſt me Sathana, Scandalum es mihi; quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*. Quæ verba ſic exponit citatis PP. Cornel. à Lap. *Vade poſt me, ideſt, recede à me. Faceſſe hinc. Abi à conſpectu meo, quia hac in re non es mihi amicus, ſed Sathana, ideſt Aduerſarius, & ſcandalum, ideſt, offendiculum.*

50 Vindicata Ira S. D., probatoque ex doctrina PP., & exemplo Chriſti eſſe iraſcendum contra peccantes, & multo magis aduerſus eos, qui nos à virtute ad peccatum inducere tentant, inſpicere debemus, an S. D. affecerit verè Iniuria Affinem ſuum, vt opponit ſecundo loco Reu. Promotor. Certè ſi facti ſuppoſiti aliæ circumſtantiæ attentè perpendantur potius dicendum eſt correctionem fuiſſe Benignam, & mitem; non vero aſperam, & exceſſiuam. Primo enim perhumaniter reſpondit S. D., & humillimè: *in ciò v'ingannate di molto, Io ſono il più Cattiuo degl'huomini* ſed cum ſemel repulſus, tantæ modeſtiæ non acquieuiſſet, neceſſarium fuit altius increpare, iuxtà illud Prophetæ *pſalm.* 40. *Corripiet Me Iuſtus in miſericordia*, & addit, & *increpabit me*, ſubiungitque ſtatim = *oleũ autem Peccatoris non impinguet caput meum* = *malens* inquit S. Auguſtinus *Epiſt.* 147. *Seuera miſericordia emendari, quam leni adulationis vnctione laudari*. Et docens quomodo auerſari debeat Iuſtus adulationem, Oleo Peccatoris ſignificatam, de qua idem Pſalm. 54. *Molliti ſunt Sermones eius ſuper Oleo, & Ipſi ſunt Iacula.*

51 Secundo dum S. D. Affinem ſuum appellauit Adulatorem, & è Collocutorio exire compulit, dici non poteſt quod erga eum iniurioſe egerit; quin enim erraret iſte Affinis, humilitati, ac modeſtiæ S. D. inſidians, nullus reuocare poteſt in dubium; vndè Caracter Sacerdotalis S. D., Profeſſio, ætas, & eamet exiſtimatio quam de ipſo alter habebat, tot erant rationes, ob quas S. D. hunc indiſcretum Iuuenem (talis enim ex ipſo ſuo diſcurſu facilè conijcitur) corrigeret, & à ſe remoueret ob periculum vanæ gloriæ; Neque hoc dici poteſt iniuria, aut contumelia iuxtà Doctrinam S. Thomæ *ſecunda ſecundæ quæſt. 72. artic. 1. Siquis verbum conuitij, aut contumelia alteri dixerit, non tamen animo de honorandi, ſed fortè propter correctionem, vel propter aliquid huiuſmodi, non dicit conuitium, aut contumeliam*, & conſequenter Cardin. Vgo *in Pſalm.* 45., ait, *Quod iuſtè quis patitur, non eſt Iniuria.*

52 Minus quoque applicari valet correctioni à S. D. factæ, maledictio affixa dicenti fratri ſuo *Racha*, quæ manifeſtè intelligitur de exprobratione ex odio, & peruerſa Cordis diſpoſitione erga fratrem: Alioquin à fortiori Reus qq. dicendus eſſet Concilio Sanctus Paulus in correctione ad Elimam Magum his verbis conceptam *Ob plene omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, Inimice omnis iniuſtitia*. Et quando *ad Galat.* 3. ait, *ò Inſenſati Galatæ, quis Vos faſcinauit*. Et Sanctus Ioannes Baptiſta Lucæ 3. vocans Iudeos *Genimina viperarum*. Quam autem longè abeſſet V. Petrus ab hoc genere odij, abundè colligitur ex charitate, qua proſecutus ſemper fuit Peccatores, ad eorum conuerſionem aſſiduè laborans, & ſpecialiter offenſores ſuos, non ſolum contumelijs, ſed ictibus aliquando eum afficientes, quos ſubita condonatione, & beneficiorum collatione amplexatus eſt, vt fusè exponitur *Summar. nu. 27. pag.* 138. *& nu. 33. pag.* 166., *& ſeq.*

53 Sed an manibus ad humeros applicatis, Affinem eduxerit è collocutorio? Id quidem Teſtis vnicus aſſerit ex auditu ab Authore vitæ S. D., qui nihilominùs hanc circumſtantiam non refert, vt ex eius verbis ſupra re-

latis

latis obſeruari poteſt. Attamèn quidquid ſit, nec indè ſtatim, culpandus eſſet S.D. ſiquidem Chriſtum, omniū SS. Prototipon, legimus *Ioannis* 20. erga Vendentes in Templo multò grauius egiſſe, dùm funibus, quaſi flagello, vſus, eos vti prophanatores Templi eiecit, menſaſque, & æs nummulariorum ſubuertit, quia *ſcriptum eſt*, ſubdit Euangliſta, *Zelus Domus tuæ commedit me*; licet Oculis hominum non viderentur admodum peccare, cum res ſacrificijs deſtinatas, iuxtà conſuetudinem iam ſtabilitam venderent. Neque igitur peccaſſe dicendus èſt S.D. cum eodem Zelo commotus quo Chriſtus erga Prophanatores Templi, applicata ad humeros manu Affinem remouiſſet è Collocutorio, vti narrat hiſtoricus, *x tanto commoſſo come ſe haueſſe cacciato qualche Profanatore del Tempio*.

54 Maiori etiam violentia Sanctiſſimos Viros legimus repuliſſe propriæ virtutis inſidiatores, nam dè S. Thoma Aquinate eius Officium in Breuiario fidem facit, quod *Mulierem Caſtitati ſuæ inſidiantem titione fugauerit*. Et de S. Franciſco Saleſio alteri, ob ſimile Scandalum, *in faciem expuiſſe*, narrat Giard. *in eius vita cap. 5. fol. 27.* Et tamen Eccleſia huiuſmodi apparentes exceſſus in eis numquam damnauit; minus igitur damnandus eſſet noſter Ven. etiamſi, manu ad humeros applicata, eduxiſſet Inſidiantem humilitati ſuæ; quæ virtus, caſtitate minus pretioſa non eſt, & facilior amiſſu eſt. Nec refert, quod non ex malitia Affinis Adulator humilitati S. D. inſidiatus fuerit, cum id illius perdendæ periculum non tollat, nec culpam, indiſcretè ſaltem, blandientis, ex toto impediat.

55 Vtrum vero Superioriſſa facto præſens ſcandalizata fuerit, vt tertio loco infertur in animaduerſione, nec Teſtis citatus, nec Author vitæ id dicunt; ſed ſolum, quòd miraretur, *che ſi marauigliaua*; Et certe ſi ſcandalum inde ſumpſiſſet non culpandus ideò eſſet S. D. ſicuti nec Chriſtus, dum diſcipuli eius in Ipſum ſcandalizati ſunt nocte Paſſionis ſuæ iuxtà illud *Marci 14. Ait Ieſus: Omnes ſcandalizabimini in me nocte iſta.* Fæminea itaque potius præcipitatione videtur hæc Ancilla Chriſti voluiſſe quaſi reprehendere ſuum Ven. Patrem, & Inſtitutorem; niſi potius id feſtiue, quàm dictum ſeriò, ſupponatur, dum illius Affinem, ciuilitatis motiuo, excuſatum deſiderauit. Sed mirari è contra debuiſſet quanta erat S. D. humilitas, vt pro diuertendis à ſe vanis laudibus, ſic aduerſus Carnem, & Sanguinem ſe erigeret, & ab eo ediſcere, quod Ipſemet in ſcriptura, & Sanctis PP. hauſerat, aures non præbendas eſſe adulationibus, vitandaque maximè vanæ complacentiæ, ac humilitatis amittendæ pericula, iuxta illud Eccleſiaſtici 3. *qui amat periculum peribit in illo*, & illud Gloſſ. ſuper pſalm. 69. *plus nocet lingua Adulatoris quam Gladius Perſecutoris*, & illud S. Hieronymi ad Celant. *epiſt.* 20. de adulatorum aſſentationibus loquentis, *nihil eſt*, ait, *quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci, & molli vulnere animum feriat*.

56 Tandem ſi non obſtantibus omnibus prædictis, aliquis ſibi ſuadere non poſſit, quin pauliſper exceſſerit, & in aliquam Imperfectionem lapſus fuerit S.D., illum recordari ſupplicamus eorum, quæ præmiſimus Reflexione III. iuxtà quam *exceſſus iſte Sancti feruoris facilè excuſationem habet*. Et quod horrendæ propè pœnitentiæ, quibus aduerſum ſe continuò vſque ad mortem ſæuijt S.D., abſtinentiæ, Ieiunia, Cilicia, vigiliæ, Orationes, flagra, plagæ, & alia huiuſmodi, leuiores imperfectiones, ſi quæ fuerint, pluſquàm expiauerint. Referuntur dictæ pœniten-

tiæ

tiæ *Summario Num.*50.*pag.*269.*& ſequen.Num.*51.*pag.*281.*& ſequen.*, ac alibi paſſim.

Reſponſio ad tertiam Difficultatem.

57 ARguit Reuerendiſſimus Promotor, S.D.Carnem aliquando commediſſe, licèt votum emiſiſſet ieiunandi, & abſtinendi à Carnibus, donec Conſtitutiones ſuarum Monialium perfeciſſet. Id iuxtà Teſtem in *Summ.Num.*46.*pag.*242. §.24.

58 Non ſolum ex hoc teſte, & pluſquàm decem alijs ibidem, conſtat hoc votum emiſſum fuiſſe à Ven. Petro, ſed, & inter eos affirmant ſeptem de viſu, dictum votum cum tanto rigore à S.D. fuiſſe obſeruatum, & quantum ad Ieiunium, & quantum ad abſtinentiam non ſolum à Carnibus, ſed quouis alio cibo, in quo aliquis ſapor eſſet vndè palatum tantiſper recrearetur, vt ſtupeat Lector à *pag.* 242. *ad* 257. Dicti ſeptem Teſtes de viſu aſſerentes adimpletionem voti ieiunandi ſunt II. *Summario pag.*240.§.11.*VII. pag.* 242. §.24. VIII. *pag.*245. §.35., IX. *pag.*248. §. 32. XII.*pag.*248. §. 45., XLII.*pag.* 249. §. 64., CLXVIII. *pag.*252. §. 82., vltra alios de auditu ibidem. Inter illos alij deponunt de viſu eum aliquando Ieiunium in ſolo pane, & aqua ad quinque ſeptimanas protraxiſſe, *Summario pag.*241. §.12. Alij non ſemèl permanſiſſe tres dies integros cum noctibus abſolutè ieiunum, *Summario pag.* 246. §.47.*pag.*254. §.13. *pag.*81. §.46. Alij alia ſimilia, quæ referre hic longius foret.

59 Sed vt obſeruetur quantum abeſſet, vt Ieiunium, abſtinentiamue à Carnibus, vel minimùm poſt votum factum læderet, ſufficiet id hic referre, quod ibidem aſſeritur *pag.* 245. §. 38. *Che il medemo Seruo di Dio prendeua vn ſolo magro brodo alla giornata, verſo le ſette hore della ſera* (hoc eſt ſeptima poſt meridiem) *e che quando ſtaua male, toleraua che vi ſi aggiungeſſe alcuni legumi, come piſelli, e niente di più. Et vna volta eſſendo più indiſpoſto del ſolito, la medeſima Cuoca aggiunſe del brodo di Caſtrato nella ſua mineſtra, di che accortoſi il Ven. Seruo di Dio* (non dicit, quod de ea guſtauerit) *fece chiamare la Superiora per caſtigare la Cuoca, che era preſente, dicendo, che ſi guardaſſe bene di dare ſimili brodi alle Monache di Venerdì, che meritarebbe vna buona penitenza, mà che non meritaua, che per amor ſuo Alcuno patiſſe qualche coſa, e però egli medeſimo ne hauerebbe fatto la penitenza. Il detto Ven. Seruo di Dio haueua pure fatto voto d'aſtinenza durante il tempo, che applicarebbe alle vltime Coſtituzioni della detta Congregazione, il che hà oſſeruato per lo ſpatio di più di* 40. *Anni*.

60 Cum igitur tot Teſtes de viſu affirment omnes non ſolum votum factum, ſed, & obſeruatum cum mirando rigore, nihil præſtare contra illos poteſt Teſtis de auditu alieno citatus à Reuerendiſſimo Promotore, prætèr alterum, de quo Ipſemet conuenit locutum fuiſſe relatiuè ad tempus antè votum editum. Imò, & ex verbis vtriuſque clarè infertur, vtrumque teſtem dixiſſe de eodem facto, proindèque anteriori ad votum emiſſum. Hæc ſunt verba eorum locis in Animaduerſione citatis, Vnus, *che vna libra di Vaccina ſalata gli baſtaua cinque Settimane*. Alter, *che vn pezzo di Salame gli durò cinque Settimane*.

61 Præterea cum S.D. natus eſſet Annos triginta ſex circitèr quando votum emiſit (ſiquidem mortuus eſt anno ætatis 76., & votum perdurauit ſolum per vltimos quadraginta annos) facilè eſt allegatas quinque Septi-

ptimanas præſumere incluſas fuiſſe intrà dictum primum tempus triginta ſex annorum. Imò id habetur probatum ex ſeptem ſuperius citatis Teſtibus de viſu; Qui cum probent in dictis quadraginta annis rigoroſe Ieiunium, iuxtà voti emiſſi religionem, obſeruaſſe, per neceſſariam conſequentiam infertur, commeſtionem ſiuè Carnis porcinæ, ſiuè bouinæ intelligendam eſſe ante dictum tempus. Et ad ſic credendum eo fortius mouemur, quod Teſtis per Reuerendiſſimum Promotorem adductus, cum nihil dicat de tempore, nullam meretur fidem, neque eſt attendendus in concurſu noſtrorum teſtium, qui de tempore obſeruati Ieiunij plenè deponunt. Farinacc. *de teſtib. quæſt. 64. num. 96.* Tum quia in conflictu teſtium, quæ ſunt dubia in benigniorem partem ſunt interpretanda, etiamſi deberent impropriari, Farinacc. *quæſt. 68. num. 45. & 47.* Tum quia ad euitandam contrarieratem deſumenda eſt conciliatio magis veriſimilis, Farinacc. *d. q. 68. n. 43.* cum omnibus concordantibus ibi allegatis, Pax Iordan. *lib. 14. tit. 18. n. 1601.*

Reſponſio ad quartam Difficultatem.

60 CVm Religioſo ſe accuſanti in Capitulo, quod tetigiſſet manum alterius. Reſponderit S.D. his verbis, *vel tu alteri venenum propinaſti, vel ab illo accepiſti, vel vos ad inuicem veneno fortè interemiſtis*; Infert Rm̃us D. Promotor eum cõmiſiſſe Iudicium temerarium, atque in re graui Proximi famam læſiſſe.

61 Hæc noſtri Ven. erga Religioſum ſuum repræhenſio, à qua animaduertendi occaſio ſumpta eſt, refertur à teſte quidem vnico, ſed vt verum fateamur, maximi ponderis viro, ſcilicet R. P. Ioan. Etienne olim S.D. Diſcipulo, & poſtea vno ex eius in Generalatu ſucceſſoribus. Is poſtquam, loco in animaduerſione citato, aſſeruit de viſu, *Seruum Dei ſeruaſſe Caſtitatem verè angelicam in corpore humano*, allegat nonnulla facta id indicantia, & inter illa d. reſponſionem, *vel tu alteri venenum propinaſti, vel &c.*

62 Difficultati hac de cauſa excitatæ, iam aliàs maxima ſoliditate reſponſum fuit, ſcilicèt anno 1703. *fol. 12. num. 6.*, ibique clarè ſatis oſtenſum videtur Seruum Dei, nec in Iudicium temerarium lapſum fuiſſe, nec in vllam famæ læſionem. Attamen cum hodiè reaſſumatur, eamdem iterum alia via euacuaturi ſumus, abſque quod ideò recedere prætendamus à dictis in prælaudata reſponſione. Quod vt magis ordinatè fiat, duo ſtatim proponimus Vitam aſceticam ſpectantia, & communitèr admiſſa.

63 Primum, quod tactus manuum inter Religioſos à pleriſque eorum ordinum regulis prohibentur; & ſub grauibus pœnis caſtigantur. De prohibitione non ſolum extat regula Canonicorum Regul. S. Saluatoris, ſed & Regula Sancti Pacomij *num.* 53. Collectio Caſſiani *lib.* 2. *cap.* 15. *& lib. 4. cap. 16.* Regula S. Benedicti *cap.* 16. Regula Camaldulenſium *lib. 1. cap. 6.* Regula Societatis Ieſu in regulis communibus, quæ eſt 34., vbi Negronius *n. 1. & ſeq.* Regula Congregationis S. Pauli 2. *Conſtit. cap. 15., & cap. 18.*

64 De pœna autem contra peccantes in huiuſmodi Regulam, Caſſianus *lib. 2. cap.* 15. teſtatur, *quod tamquam Præuaricator mandatorum Reus conſtituebatur, & culpam publica pœnitentia diluere tenebatur.* Et *lib. 4. cap.* 16. hanc publicam pœnitentiam vocat *ſpiritualem*; ſub quo nomine Gloſſator, ad prędictum caput, in verbo *pœnitentia ſpiritualis*, corre-

re-

rectionem Superioris intelligit, quam delinquens proſtratus in ſinaxi, hoc eſt, coram omnibus Fratribus, ſuſtinebat, donec veniam ab Abbate obtineret. Et rationem ſeueræ correctionis reddit Ioan. Gerſon. *tom. 3. tit. de diuerſis tentation.*, ibi. *Quia ex Conſuetudine ſe tangendi vertitur ſpiritualis amor in libidinem, carnalemque amorem; & demùm in finem ignominioſiſſimum.*

67 Secundum, pariter non controuerſum, eſt, quod iuxtà veterem, & nouam Clauſtralium diſciplinam, Superiores conſueuerunt ad humilitatis, & patientiæ exercitium, ſubditorum, modo culpas leuiſſimas exagerare, modo actus ad bonitatem, & malitiam referibiles, in malam partem accipere, modo etiam opera ſimplicitèr bona, in ſenſum tranſuerſum torquere. Ità rem exponit ſolidè, & eruditè Author operis gallicè ſcripti. *De Sanctitate, & Officijs vitæ Monaſticæ cap. 12. de pænitentia. per totum*; vbi viginti quatuor quæſtionibus hanc praxim firmat authoritate Patrum, & Conſuetudinibus Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis, eamque aduerſus varias obiectiones tuetur.

68 De antiquis Monachis clara eſt Regula S. Benedicti *cap.* 7. quarto gradu de humilitate, quæ in correctionibus Superiorum accipiendis modum ſuis Monachis præſcribit, ibi = *In ipſa obedientia duris, & contrarijs rebus, vel etiam quibuslibet irrogatis Iniurijs, tacitam patientiam amplectatur* = Et in recentioribus ordinibus, omiſſis alijs ſolæ ſufficiunt Societatis Ieſu Conſtitutiones à Sancta Sede confirmatæ, vbi *part. 3. cap. 1. num.* 13. dicitur: *Pænitentias verò huiuſmodi prompta voluntate quiſque admittere debet, cum vero emendationis, & ſpiritualis profectus deſiderio, etiamſi propter defectum non culpabilem iniungerentur.* Notentur verba illa poſtrema *etiamſi propter defectum non culpabilem.*

69 His itaque præſuppoſitis, non modo facilè excuſatur, ſed prorsùs venit laudanda V. Petri erga ſuum Religioſum, ſe ſe accuſantem, repræhenſio. Et ſi enìm alicui paulò durior, & exageratiua videretur, nihilominùs penitùs conformis eſt vero, ac primitiuo ſpiritui ſtatus Religioſi iuxtà obſeruatum in primo ex duobus prænotatis, & inſuper diſciplinæ in ſecundo expoſitæ. Igitur eum vigore Breuis Apoſtol. Gregorij XV. ex *Summario pag.* 31. §. 4. Seruus Dei applicaretur reformationi Can. Regul. diſſolutè admodum illis in partibus viuentium, prudentiſſimè iudicabat ſatis non eſſe maiora deſtruxiſſe ſcandala, ſed inſpirandum etiam eſſe primæuum religioſæ vitæ ſpiritũ, incutiendo Nouitijs ſuis horrorem etiam minimarum culparum, maximè in materia caſtitatis, quæ eſt vnum ex eſſentialibus profeſſionis religioſæ, & contra quod ſi offenditur, fædum valdè oritur ſcandalum; à quo Sancti abhorrentes prohibent quemuis etiam leuem carnis ab altero contactum, quod ſpecialitèr laudat Eccleſia in officio S. Petri de Alcantara, de quo ibidem *lect. 5. 23. Oct.* ſic habetur. *Puritatem ità coluit, vt à fratre in extremo morbo ſibi inſeruiente, nec leuitèr quidem tangi paſſus ſit.*

70 Quare in hac S. D. repræhenſione, vel damnanda, vel laudanda, prorſus vel conuenit hæc regula S. Thom. 2 2. *quæſt. 72. art. 1.*, *maximè conſiderandum videtur*, ait, *ex quo affectu aliquis verba proferat . . . Si aliquis verbum conuitij, aut contumeliæ alteri dixerit, non tamen animo dehonorandi, ſed fortè proptèr correctionem, vel proptèr aliquid huiuſmodi, non dicit conuitium, vel contumeliam.* Hìc porrò animus non dehonorandi, ſed corrigendi, aut alicuius ſimilis præſumitur ſemper in Superiore in Capitulo redarguente, & fortius in Reformatore, ac Patre Generali, vndè S. Auguſtinus in Regula Canonicorum Regul. *cap. 10.* ſic loquitur Superioribus, qui fortè exceſſerint in repræhenſionibus. *Deus nouit*

eos, quos plus iuſto fortè corripitis, quanta beneuolentia diligatis; non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio. Quibus aptantur etiam illa S. Gregorij verba in moralibus à Thoma hibernico relata in floribus omnium Doctorum, *verbo Correctio num. 46. Sæpè hoc magnis Doctoribus, mirandiſque contingit, vt qui alto charitate feruent, modum correctionis exagerent, vt lingua aliquid, quod non debet, dicat, quia mentem dilectio, quantum debet, inflammat.*

71 Inſuper, & abundantius remanet abſolutus noſter Ven. quia conſiderato controuerſiæ correctionis contextu, nunquam affirmatiuè locutum fuiſſe probatur. Sanè quantum ad vltimam partem conceditur per Reuerendiſſimum Promotorem eſſe dubitantis, ob particulam *forte* in ea expreſſam, quæ dubitatiua eſt; ſed quæ cum non reperiatur in parte ſuperiori, hæc debet, ait, intelligi in ſenſu affirmatiuo.

72 Verùm dictio *vel*, quæ ſemel, & iterum repetitur in dicta parte Superiori = *vel tu alteri venenum propinaſti, vel ab alio accepiſti*, in ſenſum dubitatiuum accipi etiam tenet poſt Angel. *conſ.94. num.5.*, Barboſ. *de diction. dict.43. num.11.* Sicque intelligendum conſtat in noſtro Caſu proptèr identitatem perſonarum, & rationis, cùm vbique par vel dubitandi, vel affirmandi Cauſa ſit, fundata in tactu manuum earumdem numero perſonarum. Itaquè ſimplicis ſuſpicionis limites Correctio S. D. non prætergreditur. Suſpicio autem in Superioribus non ſolum vitio non vertitur, ſed laudi, ex S. Auguſtino *Serm. 21. de diuerſis* ibi = *Beneuolæ ſunt ſuſpiciones Gubernantium, & licet de filio malè ſuſpicari.*

73 Secundo, quando etiam verba Correctionis impropriarentur ad ſenſum affirmatiuum, nullam Cenſuram mereretur S. D. tùm quià, quæ proptèr peccati periculum ſunt prohibita ſub grauibus pœnis, etiamſi natura ſua eſſent indifferentia, cùm contra legem, & Conſcientiam operantis fiant, à culpa excuſari non poſſunt, vt docet S. Thomas *quod lib.8. art.13.*; Tum quia ex ſupradictis de communi obſeruantia omnium Religionum, licita eſt non ſolum aggrauatio Culpæ, & exacerbatio; ſed etiam fictio, vt probat præceteris Autor *lib. de ſanct., & offic. vitæ Monaſticæ cap.12. quæſt.2.*, vbi affert exemplum de eo, qui in menſa legendi excellentia alijs præeminet, nec dubitat, quin redargui poſſit, *tamquam Rectoris potiùs, quàm Lectoris, vices gerens, modo redolente, & ſuperbiam, & præſumptionem &c.*

74 Confirmat hanc Doctrinam præceteris, etiam authoritate S. Philippi Nerij, qui Sacerdotes, in familiaribus eorum Sermonibus ſæpiùs in publica Eccleſia diuerſimode de ſuperbia, de vanagloria repræhendit. Vt conſtat etiam ex eius vita *lib.2. cap.19. num.20., & 23., & per totum*, vbi plura cumulantur exempla, quibus S. Fundator ſuos ſubditos, aut pietate diſcipulos, ludicris etiam, ad humilitatis experimentum, exercuit.

75 Id igitur, hic maximè, tenendum videtur, quod prudentiſſimè ſtatuit S. Ignatius in Conſtitutionibus *part.3. cap.1. num.15.* ibi = *In Correctionibus iniungendis prudenti charitati Superioris relinquatur, qui in eis rationem habebit diſpoſitionis perſonarum, & ædificationis vniuerſalis, & particularis*; quod etiam S. Auguſtinus contrà Epiſtolam Parmen. *lib.3. cap.2.* ibi = *qui ergò præeſt fratribus ſic agat humili charitate, ac benigna ſeueritate, vt eorum ſe ſeruum eſſe meminerit, ſicuti ſeſe habent ipſius Domini, & exemplum, & præceptum.* Dum autem ſic generatim relinquitur modus Correctionis prudenti Charitati Superioris, vt aliquando *humili Charitate*, aliquando *benigna ſeueritate*, habita

diſpo-

diſpoſitionis perſonarum ratione; à fortiori idem relinquendum reformatori ſpecialitèr vocato à Deo, vti noſter Ven.. Et verè ſi hic *benigna Seueritate* vſus eſt, in alijs multis Caſibus *humili* paritèr *Charitate* vſum fuiſſe indicatur in *Summ. pag.* 193. §. 11.

76 Neque, vti proponit Reuerendiſſimus Promotor, ex ſupradictæ Correctionis, modo exageratiuo, & aggrauatiuo, diſciplina, vlla ſequitùr famæ læſio. Nàm, vel quæſtio eſt in animaduerſione de fama apud Religioſos, & Confratres intrà cœpta Monaſterij, & vix locus eſſe videtur dubitationi, cùm omnes Religioſi, illi præſerrim apud quos viget feruor perfectionis religioſæ, huiuſmodi famam conſtituant, potiùs in humiliationibus, repræhenſionibus, atque Correctionibus intèr ſe publicis, ſcientes illud Apoſtoli ſibi conuenire, *Nos autem gloriari oportet in Cruce*. Verumque eſſe illud Eccleſiaſtici *In Igne probatur aurum, & argentum, homines verò acceptabiles in Camino humiliationis*. Vnde S. Auguſtinus air de bono diſciplinæ *cap.* 7. *in fine*. *Intelligat vnuſquiſque, parum ſibi prodeſſe Conuerſationis famam, niſi in Contemptu Mundi amauerit diſciplinam*; Er ideò in aliquibus Religionibus expreſsè huiuſmodi famæ, etiam ante admiſſionem ad habitum, renunciatur, vti legitur in epitome Conſtitutionum Societatis Ieſu *part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 1. *Tacitè autem eidem renunciatur*, ait Suarez *de relig. part.* 4. *lib.* 10. *cap.* 7. *num.* 19., *dum voluntaria Confeſſione propria Culpa accuſantur*. Et hæc praxis denunciandi Culpas publicè coram fratribus, vt à Superiore puniantur qui ſe accuſant, eſt ſpecialitèr præſcripta in ordine Canonicorum Regularium S. Saluatoris, iuxtà Conſtitutionem Benedicti XII. *Conſtit.* 6. §. 7. *Bullar. tom.* 1.

77 Quod ſi agatur de fama apud externos, ſeù extrà cœpta Monaſterij, neque eam lædit exageratiua, & aggrauatiua Culparum repræhenſio facta in Capitulo; quia nimirum, omnium Ordinum Conſtitutionibus, huic famæ Conſultum eſt, ſtatutis grauibus pœnis aduerſus eos, qui fratrum errata, vel eorum Correctiones ad externos denunciarent. Huiuſmodi prohibitiones, & his adiunctæ pœnæ, referuntur apud Nigron. *in regul. commun. Soc. Ieſu reg.* 38. *num.* 6., *& ſeqq.*, & intèr alias refertur regula Canonicorum Regularium S. Saluatoris *Cap.* 25. §. 5. vbi *declaratur Reus grauioris Culpæ, qui Secreta Ordinis reuelauerit, vel etiam facta non manifeſtanda, aut pandenda detexerit, ſiuè propalauerit*.

78 Cùm igitur Correctio facta fuerit à S. D. erga ſuum Religioſum in Capitulo, nec periculum eſſet, nè diuulgaretur extrà Clauſtrum, quæcumque tandem fuiſſe prætenderetur, in nullo Caſu poſſet culpari Seruus D. ſed laudes è contra verè in ea meritus eſt.

Reſponſio ad Quintam Difficultatem.

79 SVB vnica difficultatis ſpecie proponitur à Reuerendiſſimo Promotore binus articulus Conſtitutionum, quas S. D. Monialibus ſuis tradidit, vnus his verbis. *Se la Monaca è in Agonia, e duri longo tempo; ò vero l'Agonizante perdi l'vſo de ſenſi, ò il giudizio, il Sacerdote ſi ritirerà vſcendo dal Monaſtero*. Alter iſtis circa formam præſcriptam Veſtis Monialium. *Per aiutare à conſeruar meglio queſta forma d'habito nella ſua Semplicità, ſi caſtigarà rigoroſamente vna Monaca, che ſarebbe ſtata tanto ardita di mutar il ſuo &c. è per la prima volta, che hauerà commeſſo &c. ſarà inſerrata per otto giorni nella Camera peni-*

ſantiaria, e nutrita à pane, & acqua ſola, e caſtigata ancora. Secondo, quod nihil à Manibus Viri, vel fœminæ nuda manu reciperet. Tertio, quod aliquando rigoroſè repræhenderit fœminam, quæ illius veſtem tetigerat. Et Quartò quod nè digitis pertingeret Os Monialium eas Communicando, demandauerit, vt fierent particulæ ſolito grandiores.

80 Non valdè vrget difficultatem hanc, ex pluribus Compoſitam, Reuerendiſſimus Promotor veritatis amans; ſed quæ in ea contenta ſunt ex eodem fine virtutis proceſſiſſe agnoſcit, eaque ſapere temperantiam, & pudicitiæ Cuſtodiam: at monet ſolùm omnes iſtos actus ferre quamdam nimietatem, qua impediuntur, nè Virtuoſi dicantur. Verum hæc nimietas è contrà, ea eſſe videtur, quam commendat Deus Pſalm. 118. vbi Propheta ait ad Dominum, *Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*, hoc eſt, cùm nimia, ſi fieri poſſet, diligentia, ac ſtudio, & ad eam vindicandam pluſquam ſufficere videntur quæ in reflexione 3. nu. 14. & 15. dicta ſunt. Attamen, vt plenius etiam remoueantur vmbræ quæ circa ſupradictos actus eſſe poſſunt.

81 Notandum quantum ad duos Conſtitutionum Articulos, ipſas à S. Sede approbatas fuiſſe, vt conſtat ex Bulla in earum fronte præfixa, & nouiſſimè à Sacra Congregatione emanaſſe decretum ſpeciale annuente Sanctiſſimo *Summ. pag. 391.* ſecundum quod in ijs nihil obſtare, declaratum eſt, nè ad vlteriora procederetur.

82 Quod ſi tamèn denuò ad trutinam ijdem duo Articuli reuocandi ſint, in ijs nihil prorsùs obſeruabitur, quod non vergat in laudem Sapientiæ, & prudentiæ S. D. in legibus condendis. Nam reſpectiuè ad primum articulum, cùm clauſura Monialium ſit res valde Sacra, cui attingere, ſeù detrahere, niſi in legitima neceſſitate, numquàm liceat, *ex Conſil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 5.*, & cùm tunc non foret huiuſmodi neceſſitas, imò foret Inutilitas, & quandoque fortè ſcandalum, ob vaniloquia &c. ſi durante longo tempore Agonia, ac ſenſuum aut Iudicij priuatione, nihilominùs permaneret Sacerdos intrà d. clauſuram; (Agoniæ ſiquidem, & tales ſenſuum priuationes, quandoquè dies integros perſeuerant, per quos incongruum prorſus eſſet Sacerdoti non exire è Monaſterio) certè conuenientiſſimum erat iuxtà legiſlatiuæ Prudentiæ Regulas, id præuidere, & conſequentèr admonere in illis diuturnioribus agonijs, & priuationibus ſenſuum, Sacerdotem debere egredi è Monaſterio.

83 Reſpectiuè ad ſecundum, maxima in eo refulget paritèr Legiſlatoris noſtri prudentia; ſciebat enim fœminas præſertim veſtium Curioſitati, ac vanitati eſſe deditas; Et propria Indole quandoque ſatis inconſtantes. Sciebat ex mutationibus in veſtibus ſequi proximè mutationes in Inſtituti verò ſpiritu. Sciebat, quod indè erumpebant Violationes voti Paupertatis, indecentes, ac ſuperbæ in Clauſtris vagationes, obmurmurationes intèr Sorores, ac ſcandala, ſi aliæ alijs prætioſioribus, ſubtilioribuſuè pannis, ac linteis, forma cultiori, & exquiſitiori adhibita, veſtirentur. Quod vnum fortaſſis totali ruinæ diſciplinæ regularis, foret ſufficiens. Vndè tanto diſcrimini occurrendum remedio forti, & efficace vera prudentia dictitabat. Præterquamquod ad terrorem potius, vt cenſuit Sapientiſſimus dd. Conſtitutionum Reuiſor, *ibid. pag. 391.* quam vt ſecundùm omnem rigorem executioni mandarentur, ſic Conſtitutum fuiſſe, eo veriſimilius eſt, quod idem S. D. declaret *part. 7. Conſtit. cap. 3. num. 11.* dictas Conſtitutiones ex ſe ipſis non ligaturas ſub vllo peccato Moniales; ſed ſolum ſub pena, à ſuperiore imponenda, ſi contrauenerint.

84 Si-

84 Similitèr cętera in animaduerſione recenſita dici non poſſunt nimia aliàs quàm laudabili nimietate; cum enim ſint in materia caſtitatis, & pudicitiæ, in quibus docent communitèr Theologi, non dari leuitatem materiæ; Et ad quarum virtutum integerrimam Conſeruationem, vix intelligitur exceſſu poſſe vnquàm peccari, quod expreſſe docet *Card. de Laurea in 3. Sententiar. tom. 2. diſp. 2 num. 2.*, valet hic præſertim illud dictum, *Abundans Cautela non nocet*. Vndè laudandus, non repræhendendus S. D., Primò ſi gratum non habuit nuda manu, & immediatè quidquam accipere, ſiuè à Viris, ſiuè maximè à Mulieribus, cum id eſſe non potuerit, niſi ad vitandum, ne eos, vel eas manibus ſuis tangeret, & viciſſim tangeretur, quod ipſi videbatur modeſtiæ minùs conſonum in Sacerdote, & Religioſo, & quandoque pudicitiæ periculoſum. Circà quod in anteriori reſponſione, S. Petrum de Alcantara ſpecialitèr ab Eccleſia laudari obſeruauimus.

85 Secundo ſimilitèr laudandus, dum repræhendit Monialem volentem oſculari ipſius Pallium, cùm vel præ modeſtia, refugiens huiuſmodi honoris ſpeciale ſignum, vel ſolo exactiſſimæ puritatis amore id fecerit, volens eumdem tanto magis inſpirare non ſolum huic Moniali, ſed & alijs factò præſentibus, eodem ſcil. animatus Spiritu, quo olim S. Iob cap. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine*. Si nec cogitare de Virgine conueniat homini Caſto, certè minùs Virgini Deo ſacræ veſtes hominis pertractare, & oſculari. Intentio quidem plerumque excuſat in talibus, ſed non ſemper amouet omne periculum nè *cum Spiritu ceptum fuerit, Carne res conſummentur*, vt ait Apoſtolus *ad Galat. 3.*

86 Tertiò dùm optauit vt fierent hoſtiæ ſolito grandiores ad Communionem, quam ſolebat Monialibus diſtribuere. Tum ob rationes à Defenſoribus Cauſæ deductas in reſponſione ad diffic. Anni 1705. pag. 24. Tùm quia eſſe poterat, vt particulæ, quæ ſolebant diſtribui in illo Monaſterio, adeò arctæ eſſent, vt dicti Monaſterij *ſolitum* eſſet abuſiuum, & prorsùs immutandum; nec enim dùm dixit, hoſtias *ſolito* grandiores, intellexiſſe putandus eſt de *ſolito* vniuerſalis Eccleſiæ, cum nullibi aliàs de ſimili Innouatione, vel cogitaſſe obſeruetur; ſed de *ſolito* dicti Monaſterij, quod à iuſta magnitudine nimiùm deficere poterat; itaut Communio vix fieri poſſet, niſi tacto ore ſuſcipientium, quod non poteſt dici non indecens.

87 Addendum, in nonnullis Eccleſijs etiam Romæ ità prouiſum fuiſſe, vt particulæ adhibeantur ad Communionem fidelibus diſtribuendam, grandiores *ſolito* nonnullarum aliarum Eccleſiarum eiuſdem Vrbis. Nimirùm in Eccleſijs RR. PP. Soc. Ieſu, & Congregationis Oratorij Sancti Philippi Nerij; quemadmodùm etiàm nùnc obſeruari, quiſque ex ſe ipſo videre poteſt. Hocque longè commodius eſſe pro Communione decentiùs diſtribuenda aſſeuerant, qui in his, & in illis Eccleſijs Communionem Populo dederunt.

Reſponſio ad ſextam Difficultatem.

88 HAc improbatur, quod cum Dei Seruus deferret Sanctiſſimum Sacramentum, progreſſus fuerit in commune, vt diuerteret occurſum Mulieris, quæ vindictæ gratia volebat eiuſdem veſtimenta tangere; quia in hoc facto incurrit periculum Irreuerentiæ ergà Sacr. Eucariſtiam.

89 Difficultas iſta, ſimilitèr ab vnico teſte de auditu alieno petita, vt patet, deficit in probatione. Attamen, vt iterum diſſipetur, quod obumbrare tantiſpèr poſſet hæroicitatem deuotionis, & reuerentiæ S. D. ergà Sanctiſſ.

ctiſſimum Sacramentum, ſupplicamus iterùm obſeruari, quæ in *Summario num.13. à pag.58. ad 63.* proferuntur, ſecundum quæ præ fide, ac deuotione S.D. erga Sac. Euchariſtiam, quandoque totus exardeſcebat, & aliàs, dies, noctesque integras coram Sacramento adoraturus peragebat.

90 Deindè examinando factum, quod repræhenditur in animaduerſione, reflectendum eſt occurriſſe tunc S.D. geſtanti Sacram Euchariſtiam, verè duplex Cœnum; Vnum naturale, ſcilicèt ex aqua, & Terra ſimul mixtis. Alterum morale, ſeù vana, ac adeò inuerecunda Mulier, vt nullo habito reſpectu, ſiuè ad Sacram Euchariſtiam, ſiuè ad Paſtorem ſuum ipſam deferentem, ei obuiam ità ſtare tentauerat, vt vltra pergere non valeret, quin ipſa priùs eum tangeret, eiuſque Veſtes. *Andò per vendicarſi à metterſi in vna Stradella ſtretta, doue doueua paſſare col SSmo Sagramento in mano, per poterlo toccare, e li ſuoi habiti.*

91 Primum lutum eſt indifferens, ſeù Innocens, ipſumque non exhorruit æterna Sapientia, dum noſtræ mortalitatis limum induere dignata eſt. Imò, ipſum manibus pertrectauit, dum ipſum aplicauit oculis cęci, de quo in Euangelio *Ioan. 9.* Eodem quoque pedes ſuos ſordidare non abſtinuit, dum totiès per Vicos, & Caſtella progreſſus eſt.

92 Secundum autem non ſic; Siquidem dum bonæ etiam Mulieres ipſum, vel eius Veſtes tangere voluerunt id improbauit. Vt quando *Marci 5.* Turba ipſum comprimente, poſtquam Mulier auſa eſt ipſius Veſtimentum tangere, ſtatìm, nihil dicens de alijs, de illa videtur conqueſtus his verbis, *Quis tetigit Veſtimenta mea?* quæ ſic audiuit iſta Mulier, vt prociderit ad pedes eius *timens, ac tremens*, quem timorem, ac tremorem veriſimilitèr non concepiſſet, niſi, vel repræhenſa ſeueriùs quaſi nimium liberè egiſſet tangens Chriſtum Domini. Idquè maximè à die Reſurrectionis Suæ, corripuit, ac prohibuit his verbis etiam Magdalenam; *Noli me tangere* Ioan.20. quaſi docere voluiſſet fideles reſuſcitatos in Chriſto, & præſertìm Sacerdotes, quorum ipſe primus erat, vt Mulierum vitarent acceſſus, contactuſque. Quod inſtat fortiùs tempore, quo Miniſterijs ſuis funguntur Sacerdotes, ne tùnc huiuſmodi obiectis diſtrahantur, pręſertìm ſi fuerint ex illis Mulieribus iunioribus, & vanis, quarum ætas, aut veſtitus, aut aliqua nuditas, non ſunt niſi incentiua ad peccandum; Vndè Apoſtolus *Timot. cap.5.* ſpecialiter monet. *Adoleſcentiores autem deuita*, & Eccleſiaſticus cap.42. *in medio Mulierum noli commorari, de Veſtimentis enim procedit tinea. Et à Muliere Iniquitas Viri.* Ex illis tamen fuiſſe fœminam, de qua in obiectione, teſtis aſſerit. *Vna Giouane della ſua Parrochia, la quale egli haueua ripreſa di vanità, andò à metterſi &c.*

93 Nec ſufficit ad eam excuſandam, quod actus tangendi Veſtes Sacerdotis habeat aliquando ſpeciem bonitatis. Nàm quid quid ſit de ſupradicta fęmina, an è contra Vindictæ Cauſa, vt deponit Teſtis, voluerit ſuum Paſtorem, ac de vanitate Monitorem charitatiuum, eiuſque Veſtes tangere, cum obſeruaſſet Caſtos eius Oculos aſpectum Mulierum auerſari. Siuè alio etiam peiori motiuo, vt fit; certum ſaltem eſt ad id facti nullo pietatis, aut reuerentiæ animo fuiſſe inductam, ſiquidèm vt ſciunt omnes, qui illius Regionis ſunt, vel in illa commorati ſunt; tantum abeſt, vt aliqua ſit conſuetudo, ſiuè Viris, ſiuè multò minùs Mulieribus, ſic accedendi ad Sacerdotes ad eos, eorumue veſtes, tangendos, vt ſi qua Mulier id faceret, ob ſolum non vſum, ſcandalum pareret, & temeritatis, ac Impudentię nota argueretur; præſertim tempore, quo Sacerdos defert Sanctiſſimum Sacramentum. Quare cum Mulier, de qua agitur hoc de motiuo excuſari non poſſit, conuincitur fuiſſe eo fętidius lutum, oculis meę Chriſti.

94 Noſter igitur Ven. pluribus æquiſſimis motiuis hoc ſecundum Cęnum præ altero declinauit. Primo ex motiuo reuerentiæ erga Chriſtum ipſum, vt ex illius erga hoc Miſterium eximia deuotione, & ex mox dictis inferre licet. Secundo ex propria caſtimonia, vt affirmauit Teſtis, & ad Id probandum factum retulit, poſtquam dixit: *che detto Venerabile Seruo di Dio era dotato di tal Caſtità, che fuggiua con tanta ſollecitudine la viſta, e l'auuicinamento delle Zitelle, e Donne che vn giorno &c.* Tertio ex charitate Paſtorali; qua huic Parochianæ ſuæ ſuſtulit occaſionem Impudentiæ committendæ in circumſtantijs, in quibus illa peccaſſet forſan etiam læthalitèr. Quarto veriſimillimè etiam ex Inſpiratione Saluatoris, quem præ manibus tenebat, quique eum mouit, vt ſic declinans ab hac temeraria, & ſcandaloſa fęmina, eam doceret quantùm obſtinatę eius Vanitates, actualiſque Impudentia, qua tùm inſultare volebat, diſpliceret Chriſto, & eius Miniſtro; itaùt iudicaret magis conuenire, ſi Pedes proprios vltra modum ſordidari pateretur, quam illius acceſſu, ſeù contactu maculari, ſicque iſta confuſione ad ſe reuerſa cogitaret de propria emendatione. Et verè (quo Inſpirationem Dei fuiſſe faciliùs credatur,) ità contigit. Siquidèm ex eodem Teſte ibidem, vana iſta Adoleſcentula, quæ alijs vijs mutari non potuerat, hac reſipuit, & planè, totaliterque conuerſa eſt. *Il che fù cauſa della total Conuerſione di queſta Giouine.*

95 Verùm autem S.D. declinans ab hac fęmina ità Cęno ſe iniecerit, vt in ipſum ingreſſus ſit poplitum tenus? cum Teſtis id referat de auditu alieno, iſte alienus, narrans, facile, vt fieri ſolet in ſimilibus Caſibus, exageratione vſus eſt. Quidquid ſit fieri etiam potuit, vt S.D. non aduerterit hanc profunditatem cum lutum Diapharum non ſit, vnde videatur eius profunditas, aliquando maior quam appareat.

96 Similitèr verum S.D. ingrediente cęnum adfuerit periculum lapſus S. Hoſtiæ, vti Reuerendiſſimus Promotor ſcribit, teſtis de eo pęnitùs ſilet, & cum hoſtia in Pixide incluſa ſemper teneatur, dum ad Infirmos defertur, nullum huiuſmodi periculum imminebat, neque etiam S.D. periclitabatur nè caderet, cum tunc iunior eſſet, ac robuſtior, vnoque forte, vel altero paſſu incedendum ipſi fuerit per iſtud lutum.

97 Cum igitur nulla ſit facti probatio, cum aliundè fidem eximiam, deuotionemque, ac reuerentiam S. D. erga Sanctiſſimum Sacramentum habeamus demonſtratas locis citatis. Cum factum ipſum, ſi ſit verum, ſit potiùs ſignum, vt probatum eſt, reuerentiæ erga Miſterium, Caſtimoniæ propriæ, Charitatis paſtoralis erga Parochianam, & Inſpirationis Diuinæ ad eius Conuerſionem, quæ ſecuta eſt, quam occaſio animaduertendi, difficultas videtur planè reſoluta.

Reſponſio ad ſeptimam Difficultatem.

98 ARguitur iterùm Irreuerentiæ periculo, expoſitum fuiſſe à S. D. Sanctiſſimum Sacramentum, dum, vti dicitur, *ſumpta Sac. Pixide peruenit in popinam, adiuraturus per præſentiam Corporis Chriſti, & indè eiecturus garciones merſos vino, qui turbas, & ſcandala in Populo publicè excitabant. Summario num. 4. pag. 18. §. 57.* ſunt verba teſtis ipſius, ab ipſo allata in ſignum ardentis Zeli, quo S. D. flagrabat, vt mandata Dei ſeruarentur. Et hæc immediatè ſequuntur, *quod credibile eſt, Ven. S. D. impulſu vehementiori Spiritus Sancti in ipſo habitante patraſſe; quæ ipſe deponens publica fama didicit.*

99 Hęc difficultas ità inueriſimile factum in ſe continet, cum circumſtantijs,

qui-

quibus penitùs improbabile redditur, vt cum his in Sac. Congregatione propoſitum fuerit, abſolutè negatum fuit in reſponſionibus, licèt pluribus adductis, vndè à culpa vindicaretur S. D. etiam ſi de facto conſtaret. Et conſequentèr viſum eſt Congregationi non obſtare, ne vlteriùs in Cauſa procederetur.

100 Iterùm igitur idem ipſum pernegamus. Primò quià à nullo, quam vnico teſte, & de auditu ſolo, & à loco in quo acta fuiſſet res, extero, deque tantummodò fama, refertur, abſque deſignatione vndè orta ſit dicta fama, quæ omnia nullam facere probationem, demonſtrauimus abundantèr in reflexione prima prælim; abſque quod faueat quod Teſtis productus fuerit, *vt ibidem*. Secundò quià ex octo Teſtibus loci ipſius Mataincuriæ, in quo factum iſtud ſucceſſiſſet, nempè V., VI., XXXVIII., XXXIX. LIX. LXI. LXIV., LXXXVIII., Licèt ſeptem ex ijs longo tempore Parochiani S. D. vixerint, diffuſeque ſuper eius Vita, & Virtutibus depoſuerint, vt paſſim obſeruari poteſt in Summatio, nullus tamèn, neque etiam de auditu, vel vnum quidem verbum profert de hac delatione Sacramenti ad popinam, quæ tamèn grauis adeò circumſtantia eſt, vt videatur ipſos eam numquam fuiſſe omiſſuros, ſi illius, vel aliqua fama fuiſſet in Mataincuria; & tamèn de S.D. Zelo, præſertimque pro reuocandis Iuuenibus à popinis ad Eccleſiam, loquuntur. Iuuat audite ſaltem V. Teſtem loquentem de viſu, *Summario num 27. pag. 139. §.10. Si ricorda di più il deponente, che d.Ven.S.di D.approſſimandoſi di dir la meſſa il giorno doppo la feſta del Padrone della ſua Chieſa, & hauendo riſaputo, che li Giouani della ſua Parrocchia erano radunati in certi luoghi con Violini per danzarui, andò à cercarli, e li coſtrinſe à venire à ſentire la Meſſa; Il che egli fece parimente in molte occaſioni, andando à cercar da per ſe ſteſſo quelli che beueuano, e giocauano nell'Oſteria, per coſtringerli di aſſiſtere all'Officio diuino, il che eſſo deponente hà veduto.*

101 Hoc porrò ſilentium altiſſimum tot Teſtium de circumſtantia adeò ſtrepitoſa, & ſi non ſit niſi argumentum negatiuum, longè tamèn videtur validiùs, & efficaciùs ad eam excludendam, quam ſimplex auditus ex fama, ad eamdem ſtabiliendam; maximè ſi attendatur facillimum fuiſſe factum vti narratur in animaduerſione, fictum fuiſſe à fama, occaſione facti alterius, in quo fides, ac Sancta prudentia noſtri Ven. mirè profuerunt conuerſioni ſubiraneę vnius Peccatoris in ſua Parochia valdè obdurati, de quo idem Teſtis V. mox citatus, & ibidem immediatè poſt, ſic loquitur §.11. *Dice di più d.deponente, che vn giorno detto Ven.S.di D retornando di communicare vn'Infermo della ſua Parrocchia, entrò col Santiſſimo Sagramento in mano in Caſa di vno de ſuoi Parrocchiani, quale non ſi era communicato à Paſqua, e faceua vna Vita cattiuiſſima, e diſſe io vengo à cercare la mia Pecorella ſmarrita, il che ſpauentò tanto queſto pouero huomo, che venne à buttarſi alli ſuoi piedi, ſi confeſsò, e mutò di vita, il che hà ſentito dire alla Moglie di queſt'huomo.*

102 Fama igitur, omnium fictrix maxima, & quæ, vt plurimum deceptioni ſubiacet, vt dicitur Cap. *cum in Iuuentute extra de purgat. Canonic.* ex hoc vltimo facto optimo, & alio ſupra, ab eodem Teſte relato, vnicum compoſuit tertium, ex duobus, omninò falſum, & adulteratum, quod cum ad aures Teſtis animaduerſionis peruenerit, ipſum retulit, vti audierat.

103 Superuacaneum itaque videretur vlteriùs refellere animaduerſionem innixam ſuper fundamento adeò labili. Nihilominùs ad ſuperabundantiam addemus nihil omninò prohibere, ne, etſi factum vti refertur ſubſiſteret, attribui potiùs deberet Inſtinctui diuino, quam abſolutè con-

dem-

demnari in homine, pro quo militare probauimus in reflexione quarta præ lim. regulas quibus dijudicatur ex Card. Bona quaſdam actiones extraordinarias, & prudentiæ humanæ parùm conſonas, impulſibus Diuinis eſſe referendas, nec condemnandas, quamuis vt imitandæ proponi non poſſent: quæ coniectura fundari poteſt in ipſa bonitate Dei, qui filium ſuum miſit in Mundum ad Conuerſionem Peccatorum, quamquam præuideret, cum ab ijs eſſe morte turpiſſima condemnandum. Ipſeque filius, omnium opprobriorum ſibi imminentium præſcius, prò ſaluandis Animabus lubens venit.

104 Ità certè nihil vetat nè id inſpiraſſe conijciatur hac in occaſione, ſi vera ſit, fideli ſeruo ſuo ſollicitanti coram Ipſo tot præcibus, lacrymis, macerationibus, integram conuerſionem Parochianorum ſuorum, vt poſt inutilitèr vſurpata alia quæuis media ad eos reuocandos à Popinis, quarum occaſione tot crimina, turpitudines, & ſcandala ſolent committi, etiam hoc, æquè terribili, & extraordinario, vteretur; ſcilicèt, vt cum zelo, quaſi ſacra Euchariſtia armatus, ad alterutram è Popinis ſemel procederet, per illam eiuraturus, earum frequentatores, hincque ſtupor ſimùl, & horror omnibus incuteretur aduersùs huiuſmodi loca.

105 An ſic fecerit? iterùm repeto, res nullo probatur argumento, at ſi facta ſit, veriſimillimè (quod coniecturam valdè adiuuat) vnum fuit è medijs efficacioribus, quibus infamiæ loco habita eſt poſteà Cauponæ frequentatio, vt Auctor Vitæ S.D. inſinuare videtur *cap. 11. lib. 1.*, narrans innouationem Parochiæ Mataincurienſis, anteà adeò deperditæ vt *parua Geneua* circumquaque audiretur. Pulchrum erit Textum integrum referre. *Labores*, inquit, *tanti Paſtoris, fructus vberrimi fuere comitati, quippè ſingulari benedictione præuentos à Deo, tantaque viſa eſt Immutatio, vt nemo non obſtupuerit, ad quem eiuſce Rei fama perlata fuit. Tàm eximiè de impietate deuotio triumphauit, vt diebus Operarijs Templum hominibus eſſet frequentiſſimum; feſtis verò, necnon Dominicis, Populus in tanta copia afflueret, vt plures quam partem quartam conficientes, extra valuas manere, & in Cœmeterio rem ſacram audire cogerentur: Vniuerſa propè Parochia tot menſibus, confeſſione piaculari peracta, Sacræ Menſæ accumbebat. Quin haùd pauci ſingulis id faciebant octiduis, tanto eum pietatis ſenſu, vt non vulgaris, ſed plenè religioſa fuerit. Si per modum ſupplicationis Sancti cuiuſpiam locus inuiſeretur, è reliquis omnibus Mataincurtenſes ex oculorum modeſtia, deuotione, foras etiam prorumpente, & ordine quem ſeruabant, dignoſcebantur. Infamis reputabatur, qui Cauponam fuiſſet ingreſſus. Turpe aliquod vitium ab ipſis Infantibus fuiſſet exploſum. & Amor virtutis contraria huic flagitio, tàm grandis erat, vt non pauci coniugij vinculo adſtricti, ſimùl vt fratres, & ſorores conuiuerent, nonnulli certe annorum numero, alij integra vita ſua. Plures diebus Veneris, ac Sabathi inediam tolerabant. Alij, quod propter exempli raritatem omninò admirandum eſt, familiæ ſe clàm ſubducebant, flagris in corpus ſeuituri; poſteà ad labores, & Aratrum ſe conferebant; cilicijs amicti. Nihil tùm in externos hoſpitalitate, Charitate in Ægenos, Amore in Vicinos, & Sancta quadam inter ſeſe æmulatione, quis vitam Sanctiorem, magiſque chriſtianam duceret, communiùs*; Ad quorum comprobationem ſeruiunt, quæ referuntur toto *num. 4. Summ. pag. 11. & ſequen.*

106 Quantum ad periculùm Irreuerentiæ ex factò ſuppoſito timendum, S.D. confidere poterat in Domino nullam eſſe ſubſecuturam, ſicut olìm confiſi ſunt, licèt maiora viderentur pericula, S. Bernardus, & S. Clara, de quibus in animaduerſione; contrà quos etiam multò magis faceret alla-

tata eruditio à Reuerendiſſimo Promotore, *ibidem*, de Priſca Eccleſiæ diſciplina, circa oſtenſionem Euchariſtiæ, quam contrà noſtrum Ven. Cum enim S. Bernardus pergit ad Ducem Aquitaniæ, defert Sacramentum contrà Principem ſuperbum, Rebellem Eccleſiæ, excommunicatum, & ſupra quem nullam habebat Iuriſdictionem. S. Clara autem eamdem opponit Ioſultibus Saracenorum, qui Ira, odioque, & Infidelitate auerſabantur Religionem Chriſtianam; ob quæ motiua antiquitùs Euchariſtia ſeruabatur abſcondita. Non ſic autèm noſter Ven., ſi detulit Euchariſtiam ad homines in Caupona, in qua merſi vino dicuntur, ſaltèm detulit ad fideles, & chriſtianos, ad Iuuenes nullius authoritatis, & ſupra quos ipſe exercebat iuriſdictionem, tùm ſpiritualem, tùm temporalem, vt habetur ex *Summario pag.* 15. §. 32. Prætereàque veriſimilitèr nec omnes, nec ità merſos vino, vt tùm Religionis, tùm rationis ſenſus in iis eſſent extincti. Et denique factum contigiſſet tempore, quo valdè differt diſciplina moderna Eccleſiæ ab antiqua; cum iàm tempore Ven. Forerij vſus communis, & iuſſus, eſſet deferendi publicè Sacram Euchariſtiam in proceſſionibus abſque timore periculi, nè Peccatores paſsim occurrentes, & fortè nonnunquàm ebrij, irreuerentèr contra eam agant.

107 Circa Temperamentum, *ſuſpenſa reſolutione ſuper virtutibus, procedendum eſſe ad diſcuſſionem Miraculorum*, noſtrum non eſt quidquam dicere, cum id arbitrio Sanctitatis ſuæ conueniat definiri. Aliundè exiſtimamus quoque, neceſſum non eſſe recurſum ad Miracula, vt diſcernatur, an ſupradicti actus ſint ex impulſu diuino, cum tot alia ad id ſuppetant argumenta, ex tota vitæ S. D. ſerie, & ex circumſtantijs ipſis dictorum actuum, quibus dignoſcitur, eos verè à Deo fuiſſe; Nihilominùs ſi circa iſtud aliqui remanerent ſcrupuli, & aliundè ſtrepitarent miracula, quibus ſolet Deus confirmare veritatem virtutum, certè ſtandum non videretur pro ſcrupulis, ſeù leuioribus obſtaculis occurrentibus, neglecta veritate Miraculorum, quæ ſunt ipſius Dei teſtimonia.

108 Vndè quamquàm aliqui ex Reuerendiſſimis Conſultoribus forsàn vouiſſent ſuſpendendam reſolutionem ſuper virtutibus, & procedendum eſſe ad diſcuſſionem Miraculorum, vt de his conſtito, conſtare diceretur poſteà, & de illis, circa quas, tenues vmbras, ex difficultatibus excitatis, remanere credidiſſent; nihil in talibus votis, niſi eximiæ prudentiæ poſſe obſeruari videtetur. Verumtamèn longè potior eſt ratio credendi eos, non ità vouiſſe, quod hærerent, nùm Ven. Forerius virtutes chriſtianas in gradu hæroico poſſederit. Veriſimiliùs de illis conſtare perſuaſi erant; ſed ſi ità vouerunt lubentiùs credimus ſic vouiſſe, quia hunc reſoluendi ritum, in ordine ad Beatificationes generatim, optimum eſſe exiſtimarent, vt *virtus morum, & veritas ſignorum ſibi ad inuicem conteſtentur*, iuxtà Oraculum Gregor. IX. *Conſtit.* 4. §. 3. *tom.* 1. *Bullar.*

Reſponſio ad Octauam Difficultatem.

109 Conuerſionem Oppidi Badonuillæ ab hæreſi Caluiniana ad Catholicam fidem, fatetur ingenuè Reuerendiſſimus Promotor, inter actus præcipuos virtutum hæroicarum V. S. D. enumerandam. Difficultatem tamen excitat in ſubſiſtentia probationum; nimitùm negat ſub *num.* 40. per nos afferri Teſtes de viſu; qui tùnc dicerentur adeſſe, quando duo, vel tres Teſtes deponerent illum vidiſſe, aùt audiuiſſe in Oppido prædicantem, & vlteriùs adſtitiſſe hæreticorum conuerſioni: Deficiente

ciente autèm hoc genere probationis, non ſtandum eſſe Teſtibus de auditu, etiamſi coniungerentur cum vno de viſu; Idemque cenſendum de publica voce, & fama, nec non de hiſtorijs, aùt litteris.

110 Ad ſingula reſpondebimus, & primò quoad teſtes de viſu; ij plures afferuntur, quam neceſſarij ſint, etiam ex Reuerendiſſimo Promotore, ad concludentem probationem: quatuor nempè adſunt, ſcilicèt Teſt. VI. *Num.*19. *pag.*40. §.6. ſic loquitur = *La ſua fede è ſtata ſempre ferma in tutte le ſue actioni di pietà, e di deuotione, e nel diſtaccamento da Beni terreni, com' anche il zelo, che fece vedere nello ſradicare l'ereſia di Caluino, nella Città, e Principato di Badonuille, tutte le quali coſe sò per hauerle viſte.*

111 Teſtis XV. minùs integralitèr adductus in *Summario Num.* 11. *pag.*40. §.7., & magis plenè hic in Additionali *N.III.* ità deponit=*Ven.S.D. ornatum fuiſſe pluribus virtutibus, tùm Theologicis, tùm Cardinalibus, & maximum fidei eius argumentum fuerit, quod anno 1625. Lotharingiæ Principes, V.S.D. Badonuillam miſerint ad Parochi defuncti vices ſupplendas, & hæreticos eius Oppidi in fide Catholica inſtruendos, ibique tàm efficacitèr verbum Dei diſſeminaſſe, vt hæreſim Caluinianam, his in Partibus multis ab annis graſſantem, omninò depulerit, Ciueſque omnes dicti loci de Badonuille, Catholicos, & Romanos fecerit &c.* Poſtquæ verba, adiunctis nonnullis alijs, concludit reſponſionem = *Cauſa ſcientiæ omnium ſupradictorum in præſenti articulo, quod vidit, & audiuit.*

112 Teſtis primus *Summario Num.*12. *pag.*48. ità loquitur, *quod cum dictus V.S.D. moraretur in loco de Badonuille, extirpandæ hæreſis cauſa, ipſe deponens, recens profeſſus, datus eſt in Comitem P. Claudio Marc, Canonico Regulari eiuſdem Congregationis, ex Religioſis Abbatiæ Luncuillenſis, qui ibat conſulturus dictum V.S.D. cuius deponens inſeruiuit Sacro, eo in Templo, quod priùs hæreticis vſui fuerat, indè conſecratum ad honorem Virginis Deiparæ. Et notauit toto hoc Sacrificij tempore dicti V.S.D. igneum, & radiantem vultum, & madidas præ lacrymis, quas abundè fundebat, genas.*

113 Teſtis II. *Summario Num.*11. *pag.*40. §.3. ità ait = *Principes Lotharenos miſiſſe V.S.D. ad Oppidum principale Comitatus Salmenſis, quod dicitur Badonuille, vt fidei fundamenta in Vrbe poneret, quæ ab hæreticis diù occupata fuerat, eantoque fructu apud illam Plebem verbum Dei diſſeminaſſe, vt intrà ſex menſes Oppidani omnes hæreſim ſuam repudiarint, quæ Caluiniana erat, & ſac. Sacrificium in eo, quod erat hæreticorum Templum, fieri procurauerit, quod hodiè Eccleſia Parochialis eſt dicti loci di Badonuille. Cauſa ſcientiæ, quod dictum Oppidum, & ab hæreticis occupatum viderit, & poſt S.D. miſſionem à ſolis Catholicis frequentatum. Et audierit fidei, & zelo dicti V. S. D. opus tàm arduum tribui debere.*

114 Ecce igitùr quatuor Teſtes, concordes, de viſu, Conuerſionem Oppidi Badonuillæ referentes ad Seruum Dei; & quamuis ſecundus de viſu, deponat tantùm, Oppidum ante miſſionem S. D. à ſolis hæreticis occupatum, & poſt miſſionem à ſolis Catholicis frequentatum: De auditu verò actualem Conuerſionem tributam eſſe fidei, & zelo S. D., ſi huiuſmodi depoſitio ſimùl accipiatur cum depoſitione primi, qui inſeruiuit ſacro in Templo, quod priùs hæreticis vſui fuerat, & *notauit toto ſacrificij tempore vultum S.D. igneum, & radiantem, & genas præ lacrhymis madidas*, facilè intelligetur, quod dictum vnius teſtis ſuppletur per alium, vt fieri ſufficit in actibus ſucceſſiuis, & in ijs, quæ habent tractum continuatum, & vnica actione non perficiuntur, ſed tendunt ad eumdem fi-

nem, vt in materia Canonizationis; Panuin. *in relat. S. Bonauenturæ par. 2. art. 4. in fin.* Ex *gloſſ. in cap. nihilominùs 3. quæſt. 9. verb. ſimùl*, vbi, *quod vnus Teſtis deponit, ſe audiuiſſe principia Miſſæ recitatæ à Titio, & alter finem; proptèr actus continuationem probatur Titius Miſſam celebraſſe.* Sequitur Caſtell. *de Canonizat. quæſt. 7. §. Quæro duos Teſtes*, Rota *in relat. B. Andreæ Auellini in 4. miraculo.* Et facit Gloſſ. *in dict. Cap. licèt ex quadam, de Teſtib. in verb. gradus*, vbi *quod conſanguinitas remanet probata, ſi duo Teſtes probant de vno latere, & alius de altero latere.*

116 Cæterùm, quando per malam hypotheſim, controuerſa Conuerſio plenè non probaretur per teſtes de uiſu; Ad oppoſitionem Reuerendiſſimi Promotoris de medio tollendam, ſufficit, quod dentur Teſtes de auditu à videntibus, itaùt duo ſaltèm ab eodem de viſu audiuiſſe teſtentur, vt *in cap. licèt ex quadam, de Teſtib.*, tradunt cum Gloſſ. *verb. non quidem ab vno*, Hoſtien. *num. 6.*, Rot. *deciſ. 762. num. 6. par. 2. recen.*, *& dec. 30. num. 11. par. 6.*, quoniàm teſtes de auditu à videntibus ſi ſint plures conſtruunt ſemiplenam probationem, quæ coniuncta cum altero Teſte de viſu plenariæ probationis formam adimplet, Farinacc. *de teſt. quæſt. 64. num. 139.*

117 Dantur autem in præſenti caſu plures Teſtes de auditu à videntibus, nempè idem Teſtis I. *Summario Num. 9.* §. 1. & LXXIX. §. 17., qui ambo audiuerunt à R. P. Nicolao Fagot Soc. Ieſu; ſed notabilis eſt depoſitio primi *pag. 39.* §. 1., *& 2. ibidem. Addit deponens, quod R. P. Nicolaus Fagot Soc. Ieſu vrgens d. V. S. D., vt Badonuille proficiſceretur ad hæreſim extirpandam, narrauit ei, quas pateretur anguſtias &c. Vt verum fatear, ſubiunxit dictus V. S. D. Veſtra Reuerentia mihi vehementiùs viſendæ illius Vrbis accendit deſideriũ.* (Gallicè) *Votre Reuerence me fait venir leau à la bouche, Gratior eſt hæc occaſio, nõ patitur moras. Et hinc V. S. D. ſe ad tantum opus præparauit promptè, faciliter, & delectabilitèr, vt ſolebat in ſimilibus. Aitque d. Reu. Pater Fagot Religioſis, inter quos erat ipſe deponens, hinc ſibi actionem imputare ad maius meritum, quam cæteras vitæ ſuæ actiones.*

118 Eamdem vim ſemiplenæ probationis induunt duo alij Teſtes, qui præcæteris deponunt audiuiſſe à Patre Bedel Socio S. D. in miſſione prædicti loci. Et ſunt XVI. Teſtis *pag. 40. & 41.* §. 8., & XVII. *pag. pariter 41.* §. 10.

119 Præter probationem Teſtium de viſu, vel de auditu à videntibus, conſtat de facti notorietate, de qua deponunt omnes ſuperiùs indicati Teſtes, nempè I. *Summario Num. 9. pag. 40.* §. 2. II. ibidem §. 3. *in fine*, VI. §. 5. *in fine*, XVI. *pag. 41.* §. 9., XVII. §. 10., LXXIX. §. 42., & CXXXVI. §. 18. Poſita autem facti notorietate, quando aliæ probationes deficerent, hæc vnica ſufficeret ad facti exiſtentiam probandam, Vt ex Text. *in cap. extra, de cohabit. Clericor. In cap. tua nos, de Cleric. Coniug. cap. manifeſta 2. quæſt. prima cap. ad Audientiam de accuſat.* Card. Laurea *in 3. ſentent. tom. 4. diſp. 20. art. 25.* §. 2. Cantelor. *de Canonizat. cap. 23. num. 6.* Azor. *Inſtit. moral. tit. 3. lib. 13. cap. 22. verſ. alius modus.* Caſtropal. *de cenſur. diſp. 1. punct. 5. num. 12.* Pignattell. *conſult. 170. num. 9. lib. primo*, Panimol. *deciſ. 96. adnot. 1. num. 15.*

120 Ad confirmationem notorietatis, concordat fides quatuor dignitatum Capituli Cathedralis Tullen. à S. Sede deputatarum pro conficiendo proceſſu in ſpecie, vigore litterarum remiſſorialium, ſub 15. Ianuarij 1681., quæ referuntur in Summario Poſitionis ſuper validitate, ex gra-

tia

tia reaſſumendæ. Hæ inquam dignitates, in reſponſione ad Sac. Congregationem, ità de S. D. loquuntur, *Amore Dei factus Charitate Veſuuium, inflammas exarſit vſque adeò feruidas, vt proximum ijſdem Ignibus accenderit, increpando, obſecrando in omni patientia, & doctrina; imò hæreſū monſtra in Oppido Badonuillæ placando; vt verè de eo cum Propheta Regio ſit accinendum, Zelus Domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.*

121 In eundem finem collimant Sereniſſimi Ducis Lotharingiæ, & Epiſcopi Tullenſis Epiſtolæ, ad Sanctiſſimum D. N. redditæ, factum Conuerſionis Bandonnille ab hæreſi per noſtrum Ven. atteſtantes, vt in *Summario Reſp. ad diffic. Anni* 1703. *num.*2.*pag.*32., *& num.*3.*pag.*33., Quibus Epiſtolis pondus addit qualitas Perſonarum, concurrentibus Sacerdotio, & Imperio Lotharingiæ, vbi conuerſio facta eſt, ad veritatem facti exponendam; Cum enim eradicatio d. hæreſis eſſet negotium importantiſſimum, tum Religioni, tum ſtatui politico, quodque per ſex menſes continuò geſtum eſt; certè nomen illius qui eam operabatur, altiſſimè, & diutiſſimè perſonare debuit; præſertim in Palatijs, tum Epiſcopi Tullenſis, ratione Religionis, pro qua ipſe Paſtor exiſtit Principatus Badonuillæ, qui in eius Diœceſi ſitus eſt; tùm Ducis, ratione ſaltem politici Regiminis Lotharingiæ, in cuius dominio ſimiliter continetur; Vnde parietes, vt ità loquar, dd. Palatiorum, etiam nunc repetere debent factum adeò vtile, & clamoroſum; ſeù certiſſima, & infallibilis traditio in ijs conſeruari debuit, cuius Teſtes omnium idoneiſſimi ſunt prælaudati Dux, & Epiſcopus, licèt elapſi ſint, à quo dicta conuerſio facta eſt, anni circitèr 70. & maximè circa veritatem hanc, quod etiam nunc ab Hæreticis omninò purgatus remaneat dictus Principatus; Si enim non eſt hoc notorium notorietate facti permanentis, difficile eſt aſſignare, in quo alio caſu notorietatis priuilegia induci valeant, ex adductis per Farinac. *in prax. crim. quæſt.*21. *num.*55. Raynald. *ad banniment. tom.*3. *cap.*32. *ſupplet.*4. *num.*115. *pag.*181. vbi concordantes.

122 Neque pariter leuis exiſtimanda eſt probatio, quæ reſultat, tàm celebris conuerſionis, ex hiſtoria Patris Bedel: primi Aſſiſtentis Generalis Canonicorum Regularium, cuius ingens Elogium reperitur in Summario additionali principalis poſitionis ſuper dubio præſenti *pag. vltima*. Hic in vita S. D., quæ primum luci data eſt anno 1645. hoc eſt annis ſolummodò 20. à dicta Conuerſione, poſt fusè expoſitam miſſionem noſtri Ven. ad dictam Conuerſionem, cui ipſe præſens fuerat, illam per ſex menſes ab ipſo fœliciſſimè completam aſſerit, itaut *antequam Badonuilla diſceſſerit, omnes viderit ad fidem Conuerſos, Templumque Virgini conſecratum, in quo, & ſolemne ſacrificium cantauerat, & Verbum Dei prædicauerat*, vt in Summario reſponſiuo *ad diffic. anni* 1705. *pag.*26. *num.*9.

123 Quæ verò auctoritas præſtanda ſit in Cauſis Canonizationis definiendis; imò in ipſis fidei dogmatibus, hiſtorico, quando teſtatur de his quæ vidit; maximè quando agitur de hyſtorico vitæ probatæ, & morum grauitate celebri, monet Canus *de loc. Theolog. lib.*11. *cap.*6. *pag.*49. ibi = *argumentum maximum veritatis ex hominum integritate, probitateque ſumatur*; quæ omninò res locum habet cum, quæ narrant hyſtorici, ea ſe vidiſſe teſtantur, vel ab ijs quæ viderunt acceperunt. Et certè extremæ dixerim, & incredibilis imprudentiæ ſignum fuiſſet in graui adeò authore, ſi elapſis ſolummodò annis viginti, factum Typis dediſſet, media in Lotharingia diuulgandum ſub ſuo nomine, quod tamen falſum fuiſſet, ex certa ſcientia tot hominum, quot ſuperſtites, & facti conſcij erant.

124 Ad

124 Ad id, quod ex adductis Teſtibus de viſu nemo deponat ſe vidiſſe S. D. prædicantē,& adſtitiſſe hæreticorum Conuerſioni. Reſpondemus Primo conſtare ex adductorum Teſtium dictis, per prius oppidum fuiſſe hæreſi contaminatum, poſteriùs Catholicam Religionem florentem, & demum conuerſionem Oppidi à Teſtibus de auditu à Videntibus tribui Fidei, ac Zelo S. D. Secundo quæſtionem eſſe de ſubſtantia Conuerſionis, non de medijs, quorum ope peracta eſt. Quæ reſponſio fortiùs vrget ex cauſa notorietatis, quia quando factum eſt notorium, media, & circumſtantiæ, cæteręque qualitates, leuioribus probationibus indigent, vt diſertiſſimè Farinac. *quæſt.* 21. *in prax. crim. num.* 49., *& ſequen.* vbi concordantes. Sanè de actuali prædicatione teſtatur Pater Bedel in Vita S. D. in verbis ſuperiùs citatis, *& Verbum Dei prædicauerat*. Et XV. Teſtis Summario *Num.*9. *pag.* 40. §. 7. *ibique tàm efficacitèr Verbum Dei diſſeminaſſe*.

125 Prætereà non ſoli prædicationi Conuerſio Hæreticorum tribuenda eſt, nec prout hodiè ſonat vox *prædicatio*, ea vſi ſunt ipſi Apoſtoli, V. G. quando Romam Euangelium diſſeminaturi venerunt, ſed diſcurſibus priuatis potiùs, per Domus, Sanctis vitæ exemplis, adiunctis inſtructionibus familiaribus, lacrymis, Sacrificijs, Ieiunijs &c. Qua etiam via S. Franciſcus Saleſius vſus eſt ad Conuerſionem Hæreticorum Caballicenſium, aliquot annis prius quam Badonuillenſium ad Eccleſiam reditui vacaret V. Forerius; Non prædicationibus publicis, ſed potiùs clàm, & priuatìm inſtruendo, vt narrat Marſolier in Vita S. Franciſci Saleſij Gallicè edita *lib.* 2. Nè ſcilicet, furibundæ hæreſis ſolita nimium excitetur rabies. Iiſdem igitur medijs V. Petrus, & eadem prudentia ſicut eodem ſucceſſu, Gregem ſibi commendatum per deuia Hæreticorum errantem, ad meliora Paſcua potuit reducere.

Reſponſio ad IX. Difficultatem.

126 ARguitur S.D. aliqualis Animi leuitatis, eo quod ad vtrum è duobus Operibus bonis incompoſſibilibus ſe determinare deberet, requiſierit ab aliquo ſeruo Iuuene; & vrgere deſtiterit Viros religioſos, à quibus eum iam conſilium petijſſet circa idem, ipſi, ob venerationem erga eum, ſiluerant, annuentes illius hac in re opinioni, quæuis fuiſſet. Referuntur Teſtis verba extenſa in ipſa animaduerſione *pag.* 14., & opera, de quibus agebatur.

127 Tantum abeſt, vt quæuis leuitas in dicta S. D. agendi ratione notari valeat, quin potius eluceat ſumma maturitas, ſecundum quam in actionibus ſuis ſolebat procedere, vt colligitur *ex toto num.* 36. *Sum. pag.* 133., *& ſequen. de prudentia*. Prætereaque profundiſſima eius humilitas, ſi enim abſque ſumpto à quouis conſilio, ſtatim, zelo proprio motus, ad vtrum voluiſſet ex duobus bonis operibus quæ occurrebant, progreſſus fuiſſet, forſitan leuiùs egiſſe ab aliquibus argui poſſet, quamuis neque etiam tum cum fundamento; Sed cum requiſierit Conſilium à ſeptem Religioſis, ad id expreſsè vocatis, circa opera aliundè, ad quorum neutrum tenebatur, niſi ex Conſilio, & ob ſolam charitatem, quorumque vtrumuis facerer benè operabatur, animaduertitur in S. D. Vir maximè conſilij amans, quique nihil abſque eo reſoluere volebat, quod è diametro leuitati opponitur, & veram animi Prudentiam ſapit, iuxtà illud *Eccl.* 32. *fili ſine conſilio nihil facias*, & illud ibidem *Vir conſilij non diſperdet Intelligentiam*.

128 Quod

128 Quod ſi ſtatim à dando conſilio ſe excuſantibus Religioſis, ob reuerenciam erga ſuum Superiorem Generalem,atque Reformatorem, & poſteà annuentibus illius met opinioni, quæuis futura eſſet, deſtitit ipſos vlterius vrgere, non leuitatis, ſed charitatis potiùs ſignum fuit ergà Religioſos, parcens eorum modeſtiæ, quam proculdubio obſeruauit rubore ſuffundi, vti contingere debuit, dum conſuli ſe viderunt à tàm Venerando, & tam illuminato ſene. Vel etiam, quia eos vidit verè Ancipites, vndè eo minùs credidit vrgendum eſſe vlterius, quod tandem res de qua agebatur, ex natura ſua longa determinatione non indigebat, cum ad vtrumlibet tenderet determinatio, benè eſſet, ſiue conſolaretur Comitiſſam de morte filiæ afflictam, ſinè opem Monialibus ſuis requiſitam prçſtaret. Vel demùm veriſimilius interrogauit ſic diſcipulos ſuos ſicut olim Chriſtus S. Philippum his verbis Ioan. *6.*, *vndè ememus panes, vt manducent hi*? cui Interrogationi adiungit ſtatim Euangeliſta, quod tamen Ieſus *ſciebat quid faceret*; ſic igitur S. D. ſciens iam quid eſſet facturus, potuit requirere, vel ad exemplo proprio edocendos ſuos Religioſos in omnibus recurrere ad Conſilium, etiam quandoque ab Inferioribus; Vel etiam ad ſe humiliandum hac actione; Vndè cum huic ſuo deſiderio magis fauerer tranſeuntis ſerui occaſio, ab ipſo etiam requirere voluit, ſicùt feciſſe legitur S. Franciſcum Borgiam erga Coquum, in eius Vita, à Padre Ribadaneria *lib.4. cap 3.*

129 Sumendo etiam iſtud factum ſecundum rigorem extremum, nullius fuit leuitatis ſignum in requiſitione Conſilij è Iuniore. Sciebat enim S.D., quod quandoque Deus recondit Sapientiam ſuam etiam in Iunioribus, vt apertè in Caſto, Iuuene, ac Seruo Ioſeph, coram Pharaone. *Geneſ.41.* In Dauide, in quo ad huc paruulo *directus eſt Spiritus Domini*, *prudenſque in verbis* dictus eſt 1. *Reg. cap.* 16., & in Salomone Mortalium Sapientiſſimo 3. *Reg.* 3. ſimilitèr in tribus Pueris captiuis fornacis ardentis: In Thobia Iuniore captiuo. In Macabeis &c. vnde ſcriptum eſt *Sapientiæ* 10. *Linguas Infantium fecit eſſe diſertas*: Et *Pſalm.* 118. *Intellectum dat paruulis*; quare S. Auguſtinus *Epiſt.* 75. ait, *Paratus ſum ab anniculo diſcere*, & D. Benedictus *in reg. cap. 3. ſapè minori reuelat Deus id quod melius eſt*.

130 Tandem principium eſt in vita Spirituali, quod *quando duæ actiones liberæ, & Incompoſſibiles occurrunt, ſi omnibus perpenſis mens ſit anceps, ad quam Homo perfectionis auidus ſe determinare debeat, meliùs, & perfectiùs operaturus ſit, ſi propria voluntati abſolutè renuncians, reſolutionem ſumat ab arbitrio alicuius etiam inferioris ſi abſit Superior*, vt in noſtro caſu, *etiam hominis materialiſſimi*, *& ſimpliciſſimi*, vti expreſsè docet P. Benedictus Rogatius è Societate Ieſu, in Appendice *all'vno neseſſario cap. 3. pag. 59.*

131 Sed quia in præſentibus Animaduerſionibus pluſquàm ſemèl oppugnata fuit S. D. Prudentia, conuenit quædam proferre irrefragabilia argumenta, quibus d. Virtutis hæroicitas inuictè demoſtretur.

132 PRIMVM petitur ex Concurſu recurrentium ad Conſilia S. D., ſcilicet plurium celeberrimi nominis, Cardinalium, Epiſcoporum, ſupremorum Principum, ac Principiſſarum, Virorum Eccleſiaſticorum, & Religioſorum, primariæ nobilitatis Prouinciæ, Vrbium Magiſtratuum, & aliorum quorumcumque. Impoſſibile enim eſt, & à ſæculis inauditum, quod tot, tantique Viri, ad hominem, cæteroquin pauperem, humilem, oppidanum ſolummodo Parochum, ita recurrerint, quin eum iudicauerint, & experti fuerint prudentiſſimum. Impoſſibile quoque eſt, quod tot, tantique ſimul errauerint, ac decepti fuerint, ità iudicando.

133 Porrò

133 Porrò totus ille ad S. D. recurrentium Cætus demonſtratur. Primo ex Epiſtolis Cardinalis à Lotharingia Legat. à Latere *Summario pag.* 368. §. 4. Et Cardinalis de Rupefucalda *ibidem pag.* 375. §. 21., quibus adiungi poteſt Cardinalis Betulius. *ibidem pag.* 334. §. 3., *&* *pag.* 335. §. 6. Secundo ex Epiſtolis Epiſcoporum Galliæ, Tullen. *ibidem pag.* 369. §. 8., *&* 9., Scitiæ *ibidem pag.* 370. §. 10. Cathalaunenſis *ibidem pag.* 371. §. 11., *&* 12. Suetionen. *ibidem* §. 13. Tertio ex octo Teſtibus de viſu *in proceſſu Tullen.* II. *pag.* 174. §. 5. *VI. pag.* 175. §. 11., *XV. pag.* 178. §. 35., *XVII. pag.* 180. §. 43.; *&* 44. *pag.* 181. §. 48., 49., 50., 51., *XXXVI. pag.* 182. §. 52. *CXIII. pag.* 18. §. 60. In proceſſu Biſuntino *V. pag.* 186. §. 74., *XVII.* §. 76.

134 SECVNDVM Argumentum ſumitur ex Conuerſione Parochiæ Mataincurienſis, adeò, priùs quam eius curam ſuſciperet, moribus, & fide corruptæ, vt paruæ Geneuæ Nomen ipſi indictum fuerat; Quam tamen breui immutauit, eo modo quo anteà oſtenſum eſt, *in reſponſione ad 7. diffic.* Adeoùt Epiſcopus Diœceſanus in ſua Epiſtola data *in Summario reſp. ad diffic. Anni* 1703. Teſtatus fuerit dictam Parochiam *veram Cœnobij ſpeciem retuliſſe*, & colligitur paſſim ex *toto Summario*, ſpecialitèr *Num.* 4. *à pag.* 11. *vſque ad* 19. vbi etſi de priori Parochiæ ſtatu, Teſtes non deponant niſi de auditu à Videntibus, aut à fama publica; nihilominùs probant ex Farinac. *de Teſtib. quæſt.* 69. *num.* 125., *&* 126. quia agitur de facto antiquo, circa quod Teſtes de viſu nulli eſſe poterant, quando confectus eſt proceſſus remiſſorialis, ſcilicèt anno 1682., vt patet ex Cathalogo Teſtium &c. in Reſponſione ad reflex. *Summario Num.* 4. *pag.* 6. ſecundus verò ſtatus, ſeù perfecta Parochiæ mutatio, patet ſatis ex Teſtibus de viſu in Summario loc. ſupra cit. Quod etiam exquiſitiſſimæ prudentiæ facinus eſt, ſi verum ſit illud celebre S. Gregorij *Ars Artium, Regimen Animarum*.

135 TERTIVM Argumentum eſt Inſtitutio, promotioque Ordinis Monialium Congregationis Dominæ Noſtræ, quam; adeò fœlicitèr conduxit, & promouit, vt antequam diem extremum obiret, circitèr quadraginta erexerat dicti Ordinis Monaſteria, vti aſtruitur *toto Num.* 50. *Summar. à pag.* 19. *ad* 30. Quod ſimilitèr opus perfici potuiſſe, niſi à Viro conſummatæ prudentiæ, nuſquam concipi poteſt. Faciuntque hìc mirabiles illæ Conſtitutiones pro dicto Ordine à Seruo Dei compoſitæ. Similitèr, & Liber inſcriptus *Il primitiuo, e legitimo Spirito dell'Inſtituto &c.* datus *in Summario Num.* 70. *pag.* 392. Qui duo Libri à Reuerendiſſimo Patre Gruter, eorum Reuiſore, Sacræ Congregationis Conſultore, tales iudicati ſunt, vt *plurima continerent, quæ nonniſi ab alto Diuino afflatu concepta, ab homine deſcribi poterant.* Summario *Numero* 69. *pagina* 389.

136 QVARTVM Argumentum procedit ex reformatione octo Abbatiarum Canonicorum Regularium diſſolutè ad modum anteà viuentium, quibus ad meliorem frugem reſtituendis, inutilitèr per pluſquam viginti annos Cardinalis à Lotharingia eloquentiam, prudentiam, auctoritatem Legati Apoſtolici, ac Principis Supremæ Domus Lotharingiæ, aliaſque operas inſumpſerat, vt ſcribit Auctor Vitæ Serui Dei P. Bedel *prima par. cap.* 16., & colligitur ex Epiſtola Cardinalis à Lotharingia *Summario pag.* 369., quam tamen Reformationem, vbi poſt obitum Cardinalis ſuſcepit Noſter Venerabilis vigore Breuis Gregorij XV., cum tanta dexteritate, prudentia, ac Sanctitate eam conduxit, vt dictæ octo Abbatiæ celebres, intrà quatuor annos, priſtinam Inſtituti Obſeruantiam, vitam in omnibus communem &c. profeſſæ ſolemnitèr fuerint,

vel

vtì *toto Num.6. Summ à pag.30. ad 33.*, comprobatur multis Teſtibus de viſu; In quo pariformitèr reſplendet Serui Dei rariſſima Prudentia, ſiquidem *delapſum Ordinem ad Auitam obſeruantiam reuocare, quaſi ſit mortuum, ac putridum reſuſcitare*.

137 QVINTVM deniquè Argumentum oritur ex conuerſione totali Hæreticorum Principatus Salmenſis à Venerabili Seruo Dei, quam, vt præcedenti reſponſione abundè probauimus, intrà ſex menſes ſolidiſſimè perfecit; quod ſanè aliud Opus eſt nonniſi à Deo datæ prudentiæ, & ità difficilè, vt ex S.Hieronymo *in cap.11.Abdiæ. Faciliùs ab Etnicis captum liberes, quam Hæreticorum præſtigijs inuolutum*.

138 Hæc certè quinque monumenta Prudentiæ hæroicæ Venerabilis Petri Forerij, quaſi totidem fulgidiſſimi radij Ipſum circumcingentes, facilè diſſipant leuiores vmbras Ipſi oppoſitas in Animaduerſionibus ex paucis, ſingularibus, minutioribuſque factis, de auditu ſolùm narratis, & quę vti reſponſum fuit, ſi in bonam, æquamque partem ſumantur, ipſam etiam comprobant.

Reſponſio ad X. Difficultatem.

139 PONderandum proponit Reuerendiſſimus Dominus Promotor, an rectum Conſilium dederit Seruus Dei Perſonis Coniugatis, vt abſtinerent à Copula Carnali per aliquot annos; immò per totam vitam.

140 De tali Conſilio loquitur quidem Teſtis vnus in Animaduerſione citatus, ſed cùm ſit ſolummodò de auditu abſque iuridico adminiculo, eodem probationis defectu ruit hæc Animaduerſio, quo aliæ à nobis iam notatæ.

141 Nihilominùs referenda ſunt in integrum verba dicti Teſtis, tranſcripta in Reſponſ. ad antiquas Animaduerſiones Reuerendiſſimi D. Promotoris pag.33. num. 69. *Se fuiſſe Mataincuriæ, & ibi audiuiſſe multos dicti Ven. Serui Dei Conſilio ab actu Coniugali per aliquot annos, immò, & per totam vitam abſtinuiſſe, alios Cilicio indutos operibus ſuis vacare ſolitos, alios autem diebus Veneris, & Sabbati Ieiunium exactè obſeruaſſe, ferèque omnium Parochianorum domos Pauperibus patuiſſe*. Vtut ſit igitur de veritate facti, reprehenſibilis dici non poteſt noſter Venerabilis, cùm non conſuluerit, niſi rem in ſe ſanctiſſimam, penitùs ad mentem Apoſtoli à Reuerendiſſimo Promotore laudatam, & ab Æſtio ibidem expoſitam; quamque iubet Eccleſia conſuli omnibus Coniugibus in Cęremonia Sponſaliorum, vti habetur in Rubr. ſpeciali circà finem Miſſæ pro Sponſo, & Sponſa, his verbis = *Moneat Sacerdos Sponſam, & Sponſum oratione graui, vt Orationis tempore, & præſertim Ieiuniorum, & Solemnitatum, caſti maneant*. Idemque monuit Nicolaus I. *cap.5. ſuper Reſponſ. ad quæſt. Bulgarorum*, ſcilicet, *vt Coniuges toto Quadrageſimæ tempore ab obſequijs Matrimonialibus abſtinerent*.

142 Huius Conſilij Praxim, etiam per totam vitam, laudant aduerſus Hæreticos Magdeburgenſes, Card. Bellarmin. *Controuerſ. tom.2. tit. de Monach. lib.2. cap.73. per totum*, vbi refert tùm Græcorum, tùm Latinorum PP. auctoritates id apertiſſimè affirmantes. Item Cornel. à Lapid. *in Comment. in primam ad Corinthios cap.7. n.5*.

143 Canonizata quoque omninò videtur eadem Praxis in illis tot illuſtribus exemplis Sanctorum, ac Sanctarum, qui in Matrimonio perpetuam Caſtitatem, & celibem vitam duxerunt, laudatam à Sancto Cypriano in

Libello de Diſciplin. & bon. Pudic. his verbis. *Matrimoniorum fidem tenere laus eſt inter tot Corporis bella, ſed Matrimonio de continentia modum ſtatuiſſe, maioris virtutis eſt, dum etiam licita reijciuntur*, de his narrat Cornel. à Lapid. ibidem, & referuntur à Reuerendiſſimo Domino Promotore. Sed idem conſuli Parochianis Mataincurienſibus, eo magis conueniebat, quod vt probatum eſt *præcedenti Reſponſione*, diſſolutiùs anteà vixerant, ſpecialique ratione ad pœnitentiam ideò erant inuirandi, iuxtà illud Diui Gregorij *homil. 20. in Euangel.* = *Si quis in fornicationis culpam, vel fortaſsè, quod eſt grauius; in Adulterium lapſus eſt; tanto à ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit, & illicita perpetraſſe. Neque enim par fructus boni Operis eſſe debet, eius qui minùs, & eius qui ampliùs deliquit*.

144 Laudibus igitur extollendus noſter Venerabilis, quod ità Miniſterium ſuum impleuerit, & eò vſque Perfectionis Parochianos ſuos perduxerit, vt à talibus libentèr abſtinerent, alij per aliquot annos, alij per totam vitam; viuentes in eadem domo vt Fratres, & Sorores, thoriſque ſeparatis, facti, vt ità dicam, ſimiles Coniugibus poſt reſurrectionem, qui vt ait Chriſtus *Matthæi 22. Erunt ſicut Angeli Dei*.

145 Periculum attamen fornicationis opponit Reuerendiſſimus Promotor. Sed quando Animæ ad certum Virtutis gradum peruenerunt, & qualem, ex verbis in integrum ſuprà relatis, fuiſſe dictorum Parochianorum facilè obſeruatur, tùnc facilè vincunt, opitulante Gratia Dei, huiuſmodi periculum, vt olim Chriſtus monuit Apoſtolum, his verbis, *primæ ad Corinthios 12.* = *Virtus in Infirmitate perficitur. Sufficit Tibi gratia mea*. Vndè Eccleſiæ Rubrica ſupracitata, aliæque adiunctæ auctoritates, vinci poſſe à volentibus tale periculum, apertè ſupponunt, ſicut & lex Cœlibatus in ſtatu Sacerdotali, & Religioſo. Euidentiuſque rem demonſtrant tot Sancti, & Sanctæ ſupracitatæ.

146 Prætereà, cùm agatur ſolùm de Conſilio, non alio modo ſe geſſit Seruus Dei, quàm quo Apoſtolus dicens = *Præceptum Domini non habeo, Conſilium autem dò*, vel vti Chriſtus; *Qui poteſt capere capiat*. Non itaque ligabantur ij, quos reſpicere poterat iſtud Conſilium, ſed liberi ſtabant illud ſequi, vel non, dum vrgeret tentatio; Sicque euitare omne fornicationis periculum, vtendo Matrimonio potiùs quàm fornicari. Vltrà quod, idem Conſilium forſan reſpiciebat ſolummodò perſonas ætate prouectiores, procreandorum filiorum iam incapaces, & in quibus ardor libidinis magis eſſet ſopitus; vndè conuenientius erat, vt abſtinerent, etiam pro ſemper, ab huiuſmodi carnalibus deſiderijs.

Reſponſio ad XI. Difficultatem.

147 Contineri poſſe videtur, inquit Reuerendiſſimus Dominus Promotor, aliqua ſuſpicio inanis Gloriæ in his, quæ de Seruo Dei referuntur, ſcilicet primò ex Proceſſu Remiſſoriali Biſuntino *fol. 493*. Quod aliquando planxiſſet, ſuſpiraſſetque ità altè, vt extrà Eccleſiam audiretur. Secundò ex Teſte XXVII. Proc. Tullen. Auctoritate Ordinaria *fol. 448*. Quod modicam in aliquibus caſibus adhibuerit diligentiam pro abſcondendis ſuis bonis Operibus. Et Tertiò, quod Cilicium lauandum dederit cuidam Mulieri.

148 Quin huiuſmodi bonis Operibus, alijſque ſimilibus, inanis Gloriæ vanitas aliquando irrepere poſſit, non inficiamur; quia non ſolùm *gloriatur in Malitia, qui potens eſt in Iniquitate*, quemadmodum improperat Peccatori

catori Pſaltes Regius *Pſalm.*51., ſed, vt ait Auguſtinus ad Sanctimoniales *Epiſt.*109. = *Superbia etiam bonis Operibus inſidiatur, vt pereant*. Verùm quo Iure aduerſus Venerabilem Forerium ſuſpicari quis poſſit ipſum de facto inani Gloria in his, aut alijs fuiſſe deluſum, de quo ſolo hìc agi debet, non de mero poſſibili; non ſolùm nullo modo probatur, ſed nec quidquam dicunt Teſtes ſupracitati, quod huiuſmodi ſuſpicionem tantiſpèr iuuet. Immò è contra, ex *totis Num.*53. *&* 54. *Summar. à pag.*287. *ad* 314. de Humilitate Serui Dei inuincibilia motiua deſumuntur, quibus vindicetur à tali ſuſpicione. Contra quam etiam facit maximè quod in prænotatis reflexionibus citauimus, ex S. Thoma *in bonam partem interpretandas eſſe actiones, niſi manifeſta adſint malitiæ inditia. reflex.*4. *n.*17.

149 Immunem prætereà fuiſſe Seruum Dei in ſupradictis actionibus ab inani Gloria, ex ipſiſmet factis apertè colligitur. Nam quantum ad primum, referuntur gemitus, ac lacrymæ Serui Dei pro diuertenda Ira Dei, flagellantis Bello, & Peſte, Ciuitatem Graiacenſem, in qua tùnc morabatur, vt habetur ex verbis ipſius Teſtis citati, relatis in Reſponſ. ad antiquas Animaduerſiones Reuerendiſſimi D. Promotoris *fol.*53. *num.*132. = *Che nel tempo delle Guerre, e della Peſte, quì ſopra mentouate, il Seruo di Dio incitaua, & eſortaua l'Educande, e Scolari, nel numero delle quali ella era all'hora, come anche dette Monache di detta Congregatione, di pregare Dio per fermare li flagelli di ſua Giuſtitia, & hà inteſo dire à dette Monache, che paſſaua le notti intiere innanzi al Santiſſimo Sagramento dell'Altare, oue piangeua, e ſoſpiraua in tal maniera, che ſi ſentiua fuori di Chieſa*.

150 In his porrò verbis ſolummodò animaduertitur ingens feruor Charitatis ergà Proximum, & fiduciæ ergà Deum, ad quem recurrit in afflictione publica, quæ cùm eſſet maxima, Peſtis ſcilicet, & Belli, eo altiora ad Cœlum ſuſpiria dirigebat, ingeminabatque fletus; Sciens hoc modo Prophetam Regium olìm oraſſe pro auertendis ſimilibus flagellis = *Rugiebam*, inquit Pſalm.37. *à gemitu Cordis mei*. Hæcque diſpoſitio non eſt elati, ſed contriti, & humiliati Cordis, quod Deus non deſpicit, ex *Pſalm.*50. Vndè Auguſtinus *ad Dioſcor.* ſcribit, *Orationis negocium agi, plùs gemitibus, quàm ſermonibus. Plùs fletu, quàm afflatu*. Adeò autem Seruus Dei fugit etiam in illa occaſione oculos, vel aures hominum, vt obſeruatum fuerit à Teſte, has orationes, gemitus, ac ſuſpiria edidiſſe S. D. *per noctes*, dùm ſcilicet ſomno dediti homines, nec vident, nec audiunt. Et prætereà in Eccleſia, vt diſtans à locis domeſticis à nemine videretur, vel audiretur, ſeù iuxtà Euangelicum ſenſum *Matth.*6. *Orauit Patrem ſuum in abſcondito, & clauſo oſtio*.

151 Inſupèr, cùm ſtatim poſteà Ciuitas à dictis flagellis liberata fuerit, non dubitarunt Ciues Graiacenſes, quin maximè gemitibus, ac orationibus Serui Dei referenda eſſet dicta liberatio, vt in *Summario pag.*70. §.10., *pag.*99. §.20. 21. 24. 25. *&* 27. Hinc minùs ſuſpicari licet, inanem gloriam habuiſſe partem in tali Oratione; Siquidem *Deus Peccatores non audit. Ioan.*9.

152 Ad ſecundum. Bona opèra, quibus abſcondendis S.D. dicitur modicam adhibuiſſe operam, legi poſſunt in reſponſione ad primas Animaduerſiones *fol.*54. *num.*135., & ipſamet ſunt, quæ ab eodem teſte in Proceſſu remiſſor. repetita ſunt, & citata in *Summario pag.*69. *num.*17. §.2. *&c.* nempè oſtenſio vnius longi Cilicij, vni ex diſcipulis ſuis, vt eum edoceret modum quo ipſum indueret. Cuius rei ſimplex lectio, vt ſperatur, juncta cum antedictis, futura eſt ſufficiens, & plena remotio omnis ſuſpicio-

 ſpicio-

ſpicionis Iactantiæ in S.D., de quo ibimet eximium humilitatis exemplum obſeruatur, dum nonniſi repetitis lachrymis, ducalem currum ingreſſus eſt.

153 Et demum ad tertium, ſufficit etiam reſponſio data; Cum motiuum dandi Cilicium ſuum lauandum eo magis Innocens à Iactantia fuerit, quod Mulier, cui datum fuiſſe aſſeritur de auditu ſolùm, ſcilicèt *Summarie pag.* 278. §. 69. vna eſſet ex ijs, quæ dederunt initium Ordini Congregationis Dominæ noſtræ à S.D. inſtitutæ, & de quibus aſſeritur, quod Ipſemet omnes, præ mortificationis feruore, Cilicium gererent, Catenellis ferreis ſe cingerent, & alia plurima macerationum opera continuò in ſe ipſas exercerent. *Summarie pag.* 22. §. 17., *pag.* 24. §. 27. *&c.* Vndè certè modica Iactantiæ occaſio erat S.D. id huic Moniali mortificationum ſuarum notum eſſe, quod illi commune erat cum ipſamet.

154 Nec in huiuſmodi minutijs, vt ità loquar, vanitatem ſuam collocare voluiſſet Vir, qui vndè gloriaretur, ſi huius vitij capax fuiſſet, tanta alia grandia facinora præſeferebat, vt cum Apoſtolo 2.*Corinth.* 11. dicere potuiſſet Monialibus ſuis, ac etiam Canonicis, quorum vnus erat ille, cui repræhenditur oſtendiſſe Cilicium longum, modumq; quo eum indueret; *exiſtimo nihil me minus feciſſe à magnis Apoſtolis*, & addere, vt ibidem *cap.* 12. *ſi voluero gloriari non ero Inſipiens, veritatem enim dicam; Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos, in omni patientia, in ſignis, & prodigijs, & virtutibus*. Verum humillimus Dei Seruus, vel ſibimet ſemper, & alijs, quantum potuit, omnia bona ſua Opera occultauit; vèl ſi aliqua ab hominum, & præcipuè diſcipulorum, ac diſcipularum ſuarum oculis abſcondenda eſſe non iudicauit, abſit, vt id fuerit vanitatis gratia, ſed edificationis, Inſtructioniſque, & boni exempli cauſa, ad quod tenebatur, iuxtà illud *Matth.* 25. Quod ſpectat ſpecialitèr ad Superiores Eccleſiaſticos. *Videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in Cælis eſt*. Et illud Apoſtoli *prouidemus bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus*. Circa, quæ Diuus Gregorius *homil.* 12. *in Matth.*. Monet ſufficere, *ſi cum ſit opus in publico, Intentio maneat in occulto, ac cum de bono Opere præbemus exemplum, per Intentionem, qua ſoli Deo placere quærimus, ſemper optemus ſecretum*.

155 Cum igitur praua tantùm Intentio prohibeatur per citata verba in Animaduerſione = *Attendite ne Iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis &c.* ſicut, & per alia Diui Chriſoſtomi *ibidem*, ea nihil penitùs concludunt aduerſùs noſtrum Venerabilem.

Reſponſio ad XII. Difficultatem.

156 Virtutes S.D., vt proſequitur Reuerendiſſimus Promotor, non videntur concludentèr in gradu heroico probatæ; quia pro quolibet actu non concurrunt bini conteſtes de viſu. Plerique ſunt ſingulares, nec heroici ſpecificantur, ſed tantum gradus heroicus legitur cum generalitate comprobatus. Et ſpecialiter *num.* 17. 25. & 36. enunciantur Dona ſupernaturalia prophetiæ &c. quorum neque ſufficiens extat probatio.

157 Ad ſoluendam hanc Oppoſitionem non credimus ad id nos teneri, vt probemus pro vnoquoque, & quolibet actu virtutum à Poſtulatoribus

pro-

producto in Summario ſuper virtutibus S.D., concurrere binos conteſtes de viſu, cum id nullus Auctor, quem ſciamus, proponat, praxiſque Sac. Congregationis contraria deprehendatur ex tot Informationibus, & ſummarijs confectis in ordine ad probandas virtutes heroicas Seruorum Dei, In quibus ſingulis, vltra actus virtutum à pluribus teſtibus probatos, alij quamplures producuntur probati ſolummodò, vel ex teſtibus ſingularibus de viſu, vel ex alijs de auditu ab ijs qui viderant, aut à perſonis fide dignis, aut à fama publica &c. vt ſaltèm pro ſemiprobationibus, aut pro adminiculis ſeruiant; Allegata etiam ſæpiùs, modo generali ſolum, heroicitate Virtutum. Sed id tantum in Animaduerſione obijci exiſtimamus; Non eſſe probatos ex pluribus teſtibus de viſu, tot, taleſque actus virtutum S.D., vt ex ijs animus Iudicantis perſuaderi poſſit de dd. virtutum heroicitate.

158 Vt huic difficultati ſatisfaciamus, tres veluti claſſes actuum in Informatione, & Summario virtutum noſtri Ven., quantum ad probationem, diſtingui precamur. Prima eſt actuum probatorum ſolum à Teſtibus de auditu, ſcilicet, vel ab alijs qui viderant, ac nominantur; vel à perſonis grauibus, & fide dignis, aut à fama publica, & aſſerunt quandoque, factum eſſe notorium. Huius primæ Claſſis ſunt præſertim facta concernentia minus prouectam ætatem Serui Dei, in diuerſis paſsim Summarij locis, præſertìm in Initio. Circa quæ facta impoſſibile erat teſtes de viſu reperire, ob longiſſimũ tempus, cum S.D. natus eſſet Anno 1565. *ex Summ. Num. 1. pag. 1. num. 1.* Et Proceſſus ſuper Virtutibus in ſpecie ceperint fieri, ſolummodò ſub fine anni 1682., nec perfecti fuerint, niſi ſub fine anni 1686. hoc eſt, ab illius ortu annis pluſquam centum, & viginti; vt videre eſt in Cathalogo Teſtium dato in reſponſione ad reflexiones. *Summ. num. 4. à fol 6. ad* 22. In hac autèm circumſtantia impoſſibilitatis, ſeù in antiquis, teſtes etiam de auditu alieno plenè probare, docent Hoſtien. *in cap. licet ex quadam num.* 20. *verſ. & idem*, Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.* 104. *num.* 1. *&* 2., Farinacc. *de teſtib. quæſt. 69. num.* 125. Fortiùs tempore Peſtis, ob penuriam Perſonarum, ibidèm Farinacc. *num.* 55. Quæ ratio Peſtis fauet in cauſa præſenti, cum ea, ſicut & Bellum, vaſtauerint Lotharingiam, præſertìm extremis S.D. vitæ temporibus, vt videre eſt *Summ. pag.* 81. §. 48. *pag.* 84. §. 36., *pag.* 81. §. 13, 64. *&* 70.

159 Secunda claſſis eſt actuum probatorum à Teſtibus quidem de viſu, ſed fortè ſingularibus, quod ex ipſamet S.D. virtute heroica facilè prouenire potuit, ſcilicèt ob ſummam humilitatem, & diligentiam, prò abſcondendis ſuis bonis operibus, de quo tres Soc. Ieſu Patres, inter quos alter, per aliquot Annos, extiterat Director S.D., hoc aſſeruerunt *noſtri Ven. pauciſſimas admodùm actiones cognoſcendas fore, ob profundam nimis illius humilitatem*, ex *Summ. Num.* 53. *pag.* 287., & confirmatur paſsìm in toto eodem *num.* 53. *&* 54. ſpecialitèr à Teſtibus de viſu *pag.* 318. §. 28. 32. *&* 35. Cum igitur iuxtà ſolitam Sanctorum praxim, quantum poſſet ſe abſconderet ab Oculis hominum, contigit neceſſario, vt plures ex eius Sanctioribus actionibus penitùs latuerint, & aliquæ à paucis cognitæ fuerint. Vndè verum eſt, nonnullos actus recenſitos in Informatione, & Summario prædictis, ab vnico quandoque teſte de viſu referri; Sed cum plerumque adiuuetur à pluribus alijs de auditu, & fama publica, nihilominùs probat, vt docet Farinacc. *de teſtib. quæſt.* 47. *num.* 76. Rota coram Bichio *deciſ.* 160. *num.* 3. coram Ludouiſ. *deciſ.* 247. *num.* 6. coram Emerix Iuniore *deciſ.* 952. *num.* 28. Maximè cum iſti teſtes

ſtes

ſtes ſingulares de viſu, reperiantur probare ſinguli aliquos actus prouenientes ab vna, & eadem virtute, de cuius probatione agitur; Siquidèm iuxtà eumdem Farinacc. Teſtes ſingulares probant, ſi ad eumdem finem tendunt. *De Teſtib. quaſt.64.num.*147., *& num.*150., *num.*159.*& 168.* Ludouic. ab aſſiſ. *deciſ.9.num.9.*, *Dec. in cap.licet cauſam num. 6.* Lanfranc.*in cap.quoniam contra num.30.in verbo teſt.de probat.*, Cephal. *in conſ.*141.*num.*12. Et certè vbi Card. Laurea, citatus à Reuerendiſſimo Promotore, dicit Praxim S. Cong. eſſe quod ſaltem duo teſtes de viſu producantur ad plenam probationem, id aſſerit diſcurrendo de miraculorum probatione, quæ non ſunt vnum quid commune ad quod, tanquam ad eumdem finem, concurrant diuerſi actus ſingulares; ſicut diuerſi actus virtutis alicuius conueniunt ad eam comprobadam.

160 Tertia demùm claſſis eſt actuum propè innumerorum plenè, ac concludentiſſimè probatorum ex teſtibus de viſu, numero, & pondere pluribus; hique actus eo certiora ſunt Sanctitatis S.D.Teſtimonia, quò in maturiori, ac prouectiori eius ætate, & vſque ad mortem, prodierunt, Iuuantque ad comprobationem aliorum, quorum non haberetur eadem probatio; vt cautum eſt in Decretis generalibus Sac. Congregationis his verbis. *Illud maximè obſeruandum eſt, vt videatur exitus Vitæ illius, qui petitur canonizari; quoniam ſi finis Vitæ illius illuſtris eſt, & Sanctimonia plenus, argumentum erit, quod actiones anteacta potuerunt eſſe Sanctæ.*

161 Horum autèm omnium actuum ex pluribus teſtibus de viſu probatorum, non credimus hìc repetendam eſſe ſeriem, aut eorum in Summario Indicationem, cum vtrumque iàm exactè confectum fuerit in ampla, & erudita Informatione ſuper præſenti dubio; Et aliundè id longius, ac fortè nonnullis tędioſum videretur. Supplices itaque rogamus Reuerendiſſimos DD. Conſultores, quos hęrere contigerit circa ſufficientem dd.actuum probationem, quatenùs iterùm dignentur dictam Informationem reuoluere, & in ea luſtrare indicata loca Summarij, quibus actus, pluſquàm ſatis, omnigenarum virtutum, ſiuè Theologalium, ſiuè Cardinalium, ex teſtibus pluribus de viſu probatos valebunt intueri, incipiendo ſcilicèt à *num.30.* Informationis *pag.26.vſque ad finem eiuſdem*, & ſpecialitèr quantum ad vitæ S.D. exitum, relatum à duobus ſaltem teſtibus de viſu, vltra alios plures de auditu. *Summario num. 61. Teſt.II.§.1.& ſeq.pag.*344.*Teſt.VII.§.10.& ſeq.*

162 Nec ſolum dictorum actuum ſpecificè heroicitas ibidem probata obſeruabitur; verum etiam ipſarum quoque virtutum (in quibus conſiſtit ſumma præſentis Dubij) heroicitas depræhendetur concludentèr probata à multis Teſtibus de viſu, ſecundum principia eam ſpecificè conſtituentia, quæ ſunt, *ſi in operatione actuum virtutum, licèt arduorum, ac frequentium, promptè, facilitèr, & delectabilitèr ſe gerat, qui eos operatur.* ex S.Antonino *Sum.part.4.tit.6.cap.2.§.7. in fin.*, Corn. à Lapid. *in Matth.* 23. 12. *§. Porrò.* Scach. *de not. & ſign. Sanctit. ſeſſ.* 2. *cap.4. verſic.quærenda.* Et plenius ex Lauræa *tom.2.in* 3. *Sentent. diſput.* 32. *de virtut. heroic. art.* 6. *num.* 77. *art.* 8. *num.* 156., *&* 163., *art.* 9. *§. Vnico num.* 173. 175. 197. 221., *art.* 10. *num.* 257. 277. *&c.*

162 Sic verò cùm promptitudine, facilitate, & hilaritate, in occurrentibus, quamuis arduis, ac frequentibus actuum virtutum occaſionibus, S. D. ſe geſſiſſe, & illos operatum fuiſſe, expreſſis terminis affirmant de viſu *Summ. nu.57. Teſtis I. pag.330. Teſtis II., pag.331. Teſtis V. pag.331. Teſtis VI. ibidem Teſtis VIII. ibidem Teſtis XVI. pag.332. Teſtis XVII. ibidem*

ibidem Teſtis XXXXII. pag.333. Teſtis LXI. ibidem, & præſertim numer.67. pag.386. §.10. Abſque quod dici poſſit teſtes ibi expreſſiſſe ſolum gradum genericum heroicitatis virtutum, cùm ſpecificè conſideratam dictam heroicitatem, non tàm in actibus ipſis, quàm ſimul in modo ſecundum quem producuntur, conſiſtere doceant ſupradicti Auctores *ibidem*; Et de ipſo modo recenſiti teſtes deponant, dum dicunt ſolitum fuiſſe S. D. promptè, hilaritèr, & delectabilitèr operari actus virtutum à ſe relatos, quod ſatis ab exterioribus ſignis obſeruare poterant. Modus enim agendi hominis pigri, tepidi, aut reluctantis, & alterius promptiſſimi, feruentis, ac iubilantis in operationibus, etiam ſub oculis, multis rationibus cadit.

163 Iam quantum ad dona ſupernaturalia, vt prophetiæ &c. de quibus ſpecialitèr dicitur in animaduerſione ea non probari concludentèr, licèt quandò adſunt virtutes in ſummo gradu, valdè conferant ad illorum collationem, fatemur talia dona efficaciſſima eſſe heroicitatis virtutum Indicia; Eaque eſt Doctrina S. Laurent. Iuſtin. *lib. de humilit. cap.12. in principio* vbi ait. *Hæc dona Cæleſtis gratiæ impertiuntur ad ornatum, perſuadentque videntibus, & intelligentibus, hominem eſſe Sanctum, ſpiritualibus muneribus plenum, & cùm Deo intima Charitate coniunctum.* Et ideò de donis ſupernaturalibus, ſpectare aſſerit ad dubium ſuper virtutibus in ſpecie, Card. de Laurea *in 3. ſent. tom.4. diſp.20. de mirac. art.23. pag.611. num.697.* Concludentèr autem habentur probata talia dona ex duobus ad minimum teſtibus de viſu *in Summ. ſub citatis Numer.17., 25., 26.* Sed etiam longè pluribus, donum Prophetiæ, donum Splendoris circà Caput radiantis, & donum lacrymarum.

164 Primò, donum Prophetiæ, cuius omiſſis pluribus alijs, quæ ibidem obſeruari poſſunt, ſequentem, vtpotè euidentem, referimus, ſcilicèt, dum Anno 1625. publicis concionibus, ſeptem annis antè Lotaringiæ Bellorum Incendia, prænunciauit *Cęleſte Numen eam in Regionem iratum eſſe, & flagella ob Criminum Immanitatem parare*, & præceteris. *Venient*, aiebat, *extera gentes, quarum linguas non percipietis, Patriam veſtram derelinquetis, ad quam quidem poſtea reuertemini quęrentes ab inuicem quis fuerit refugij locus? Sed precibus, vitæque Sanctimonia Domini Iram placate*; quæ omnia, vti prædixerat euenerunt, cùm Lotharingia atroci Bello à Suecis, quorum loquelam nemo prorſus intelligebat, deuaſtata eſt, vt clarè affirmant Teſtis V. *de auditu proprio, & viſu pag.72.* §.20., Teſtis VI. *de eadem Scientia pag.73.* §.23., Teſtis XLI. *de eadem Scientia pag.*84. §.56., Teſtis LXXXVIII. *de eadem ſcientia pag.*91. §.78.. & alij de auditu alieno à pręſentibus dictæ concioni, ſcilicèt Teſtis XVI. *pag.*81. §.48., Teſtis LXXXVIII. §.78. Teſtis IX. *pag.*75. §.29. de auditu ab antiquis, & Teſtis CXXXVI. ſimilitèr *pag.*92. §.81.

165 Secundò donum Splendoris circà vultum radiantis, *ex Summ. Num.*25. Teſtis I. de viſu *pag.*131. *pag.*2., Teſtis VIII. de viſu *pag.*133. §.12., Teſtis XVII. de viſu *pag.*137. §.17. Teſtis XLII. *ibidem* §.18., Teſtis LXXIX. *pag.*135. §.20., Teſtis IV. Proceſſ. Biſuntinen. *pag.*136. §.27., & alij de auditu, videntibus, *iiſdem paginis*.

166 Tertiò donum vberrimarum lacrymarum ex conſideratione Miſteriorum Chriſti, præſertim Paſſionis, ac Sacrificij Miſſæ. Teſtis I. de viſu *pag.*49. §.1., Teſtis VII. de viſu *pag.*50. §.9., Teſtis VIII. de viſu *ibidem* §.10., XVII. de viſu *pag.*51. §.21., XXXVI. de viſu *ibidem* §.29., XXXVIII. de viſu *pag.*53. §.13. XXXIX. de viſu *ibidem* §.14. XL. de viſu *ibidem* §.37., XLII. de viſu *pag.*54. §.44., LII. de viſu *pag.*55. §.45., LXXIX. de viſu *ibidem* §.47., LXXXVIII. de viſu *pag.*55. §.50., & alij *pag. ſeq.*

Reſpon-

Reſponſio ad XIII. Difficultatem.

167 Proceſſus Biſuntinus, Auctoritate Apoſtolica conſtructus, indubitatè apertus fuit, ait Reuerendiſsimus Promotor, priuſquam abſolutus eſſet Tullen., eadem auctoritate confectus; fabricatique fuerunt alij Proceſſus auctoritate ordinaria, Biſuntinus vnus, & altèr Tullenſis, qui viſi, & examinati non fuerunt.

168 Difficultatem hanc quantum ad vtramque partem, præ candido veritatis amore, inſubſiſtentem eſſe fatetur Reuerendiſsimus Promotor; habita nimirum ratione ad Sac. Congregationis decreta, quibus dictum eſt *conſtare de validitate proceſſuum ſupradictorum, legitimoque Teſtium examine. Et, Non obſtante prædicta difficultate procedendum eſſe in Cauſa.* Attenta inſupèr ſcriptura particulari, qua demonſtratum fuit, quod proceſſus auctoritate ordinaria plenè viſi, & examinati fuerunt. Nihil igitur impræſentiarum nos vrget, vt de nouo diſputemus aduerſus dictam difficultatem, ne impingimus contrà id quod legitur in decreto Innocentij II. relato à S. Bernardo Epiſt. 194. *Iniuriam facit Reuerendiſſimæ Synodo, ſi quis ſemel Iudicata, iterum diſputare contendit*; Sed ſolummodò ſupplicare debemus RR. DD. Conſultores, quibus aliquis ſcrupulus circa dictam difficultatem ſuperfuerit, quatenùs attendere dignentur, bis, & iterum iàm eidem fuiſſe reſponſum in Congregationibus antipræparatoria, & præparatoria, cùm ea ſoliditate, vt vix quidquam poſsit fortiùs adiungi, ſpecialitèr in reſponſione ad difficultates Anni 1705. *fol.* 5. quantum ad aperitionem Proceſſus Biſuntini &c. vbi, præter alia, probatur hanc Iuris diſpoſitionem *poſt didicita teſtificata prohiberi receptionem aliorum teſtium*, pati multas exceptiones difficultati præſenti penitùs applicabiles. Præter quam quod antè aperitionem dictam, examinati fuerant in Proceſſu remiſſoriali Tullen. ſeptuaginta, & octo Teſtes è principalioribus, & omnes penè de viſu S. D., circà quorum legitimum examen nè vel leuiſsima poteſt oriri ſuſpicio, ijque abſolutè ſoli ſufficerent pro reſoluendo pręſenti dubio.

169 Quantum verò ad duos Proceſſus auctoritate ordinaria, aliaue Iura quæcumque ſpectantia ad Cauſam, quoties requiſiti ſunt de ijs Poſtulatores, ea exhibuerunt, & Eminentiſsimo Cardinali Cauſæ Relatori, & Reuerendiſsimo Promotori, & R. Subpromotori, parati etiam eadem exhibere cuiuis placuiſſet Sac. Cong.

Reſponſio ad varias aliàs Difficultates.

170 Compendioſius refert deindè Reuerendiſsimus fidei Promotor alias difficultates. Et Primò quod S. D. celebrauit Miſſam de S. Ignatio nondum beatificato, licèt admonitùs à Patribus Societatis Ieſu nè id faceret *Num.* 47.

171 Huic eidem difficultati abundè ſatisfeciſſe videntur reſponſiones ad antiquas animaduerſiones *pag.* 38. *num.* 88., & ad difficultates Anni 1703, *pag.* 17. *Num.* 8., & anni 1705. *pag.* 10., in quibus factum à mero Hiſtorico relatum, nullo ſibi ſuperueniente vel leui adminiculo, carere probatione obſeruatum eſt. Et inſupèr, quod licèt verum foret, in nullo indè reprehendendus eſſet noſter Ven. cùm idem obſeruaretur etiam tum Romæ in conſpectu S. Sedis, ergà plures alios nondum beatificatos, ſcilicèt S. Franciſcam Romanam, S. Philippum Nerium, B. Pium V. Imò iàm

iàm appenſa fuerat publicè venerationi fidelium Tabella, ſeù Imago pi-ćta eiuſdem S. Ignatij *vt ex Reſp. ad ant. animad. pag.*40.

172 Cùm tamèn dictum fuiſſet in citatis reſponſionibus, Ven. Forerium, ſi verum eſſet factum, non celebraſſe Miſſam de S. Ignatio, ſed ad honorem ipſius, vti narrat Hiſtoricus, *ad honor ſuo*, replicat Reuerendiſsimus Promotor, quod ſi ità fuiſſet Patres Societatis non admonuiſſent nè id faceret.

173 Huic reſpondetur conſtantèr aliud eſſe celebrare ad honorem alicuius Serui Dei, & dicere Miſſam de illo; Siquidem quotidiè in Canone Miſſæ Sacerdotes ſubmiſſa voce confitentur coram Deo ſe celebrare in *honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum*, licèt plerumque dicant Miſſam de aliquo ſancto particulari. Idque ſaltem antè Vrbani VIII. tempora, vt in caſu noſtro, licitum fuiſſe agnoſcit Reuerendiſsimus Promotor, hìc *pag.*17. *num.*47. Cùm itaquè hiſtoricus poſitiuè dicat *ad honor ſua*, reſtat vt Patres qui admonuerunt S. D., (niſi factum negetur), errauerint, vel in facto, exiſtimantes, S. D. celebrare Miſſam de S. Ignatio, cùm celebraret ſolummodò ad eius honorem; vel in Iure, non conſiderantes licitum eſſe celebrare *ad honorem*, ſicuti Romę, & Mediolani, alijſque locis fiebat.

174 Secùndò opponitur, quod celebrauerit Miſſam Ianuis clauſis, cum nimia prolixitate, tùm in præparatione, tùm in actuali celebratione. Et ſpecialiter extra Clauſuram Monaſterij Monialium, in priuata Domo. *num.*48.

175 Cui Virtuti, ſiuè Theologali, ſiuè Cardinali derogare valeant huiuſmodi facta non facile depræhenditur, ſed ſi attendatur ad motiua, ob quæ S. D. clauſis Ianuis quandoquè miniſtrauit, & in celebrando diutius moratus eſt, tot erunt argumenta profundiſſimæ eius humilitatis, eximięq; fidei, ac deuotionis erga Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium. Cum enim Deus Optimus abundanti dono lacrymarum, ex conſideratione Paſſionis Chriſti, humillimum Seruum ſuum ditaſſet, & quandoquè etiam ſplendoris, circa eius vultum radiantis, ac corruſcantis, vti probauimus vtrumque in fine reſponſionis ad 12. difficultatem; Et etiam extaſes præ dulcedine panis Euchariſtici; Corporiſque ab Altaris ſuppedaneo eleuationes nonnumquàm pateretur, vt partim de viſu, partim de auditu referunt plures teſtes *in Summario à pag.*131. *ad* 136. §§. 1., 3., 6., 7., 9., 13., 14., 15., 16., 21., 24., 25., cum inquam vltimis præſertim vitæ ſuæ Annis, tantis Chariſmatibus eum in hac vita Deus remunerare pro laboribus incepiſſet, ea quantum poterat abſcondere conabatur, celebrando Ianuis clauſis, ſeù vt dicitur *Matth.6. Clauſo Oſtio orabat Patrem ſuum in abſcondito.* Sciens illud Tobiæ 12., *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſſe*. Non igitur iſtud fuit aliud quam ſignum profundiſſimæ eius humilitatis, iuxtà illud S. Gregor, *lib.4. in lib. Reg. cap.5. Sanctus Spiritus quo maiori luce virtutum electorum Corda irradiat, eo & abundantiori dono humilitatis ditat.*

176 Conſequentèr ad prædicta excuſatur facilè prolixitas in celebratione, cum ea non eſſet niſi effectus deuotiònis eximiæ, quæ priuatim celebrando, nulli incommodo eſſe poterat, ad quod ſolum vitandum aliqui Scriptores circa rubricas eam vetant, vt notat Gauant. *in Comment. Miſs., & Breu. par.3. tit.*11.

177 Vtrumquè rursùs vindicatur exemplo S. Philippi Nerij, cui ſimilitèr contigit ſępiùs celebrare Ianuis clauſis, & cum eadem prolixitate, vt refert *Ricc. lib.2. eius vita cap.1. n.17.*

178 Circa quod additur, improbandum eſſe, quod S. D. in Domo priuata

celebrauerit, Explicatio facti remouebit difficultatem; hæc ſunt verba Teſtis citatæ *Summario pag. 5. §. 12. Non mancaua mai di celebrar ogni giorno la S. Meſſa, ſe non nell'eſtremità di malatia, impiegandoui ſpeſſe volte due hore intiere, ſlegandoſi in lagrime di deuotione, che ſpargeua tanto più liberamente, che ſi ſtimaua eſſer ſolo inanzi à Dio, mentre che nel più forte della Guerra ſtette alcuni meſi à celebrarla in particolare, con licenza dell'Ordinario, in vn piccolo Appartamento fuori della Clauſura, al quale di poi ſi è dato il nome di Mataincuria.* Non dicitur ibi, quod celebrauerit in domo priuata; & verè iſtud Domicilium extrà clauſuram, erat ipſarum Monialium, earumque Clauſuræ contiguum ex *Summ. pag. 245. §. 35.* Vndè cum ratione Belli grauiſſimi, de quo loquitur Teſtis, *Nel più forte della Guerra*, libertas non eſſet Miſſam celebrandi in Eccleſijs, quæ eo maiori iure tunc occludebantur, quod Suetij vaſtantes Lotharingiam ex *Summ. pag. 86. §. 64. pag. 91. § 78.*, aduerſus Aras, vtpotè Heretici, præcipuè ſęuiebant; ideò in domicilio ab Eccleſia diſtincto celebrabat tùnc S. D., quod cum eſſet Clauſuræ contiguum ſeruiebat Monialibus prò Cappella. In quo caſu valebat approbatio Epiſcopi, ſaltem cùm tùnc vrgeret neceſſitas, difficiliorque eſſet, ratione Belli, & diſtantiæ, promptus ad S. Sedem recurſus.

179 Tertiò obijcitur S. D. interrogatum à Vicario Generali Virdunen., in qua Schola ſtuduiſſet, reſpondiſſe modò redolente Ironiam, & qui videbatur veritatis amorem lędere, dùm dixit *ſe ſtuduiſſe in quinta Grammaticæ regula. num. 49.*

180 Verba, ex quibus hæc obiectio petitur reperiuntur extenſa in *Summ. pag.* 209 §. 8. in ijſquè nihil obſeruatur niſi profunda humilitas, ac ſimpliciſſima obedientia, quibus plurimarum Perſonarum Cętus integer valdè ædificatus eſt, vt refert Teſtis ibidem. *Tutti ammirarono l'humiltà grande del Seruo di Dio*, quod certè nòn feciſſent, ſi non ſimpliciter, & ad ſui ipſius depreſſionem, ſed ex Ironia reſponſionem ſuam inſtituiſſet, aut ſi in aliquo veritatem læſiſſet.

181 Verè potiùs S. D. forte redarguendi anſam videretur dediſſe, ſi coram hac multitudine reſpondiſſet, vti verum erat; ſe ſingulas humanitatis ſcholas frequentaſſe, in ijs linguam latinam, & græcam perindè, ac maternam didiciſſe, curſus poſtea philoſophiæ, & Theologiæ perſoluiſſe, & ita diligenti deindè ſtudio S. Thomam legiſſe, *vt ſi huius ſumma euanuiſſet, eius quæſtionum, ac articulorum integram ſeriem reſtituere valuiſſet*, & demùm quod huic ſcholaſtico ſtudio adiunxerat ingem, & acerrimam, vbi per tempus licuerat, ſcripturæ, ac SS. Patrum lectionem, vt colligitur ex *Summ. num. 3. à pag. 7. ad* 10., & etiam ex ſola compoſitione libri, cui Titulus. *Il primitiuo, e legitimo ſpirito.* dati in fine Summarij *fol. 393.*, vbi quidquid proponit ſemper ſcriptura communit, & S. Patribus, quorũ dicitur lector ſtudioſiſſimus, *Summ. pag. 52. §. 20.*

182 Vt itaquè hanc lactantiæ ſpeciem declinaret humilis Petrus Forerius, ſatis eſſe ſibi duxit reſpondere ſimpliciter, ſe ſtuduiſſe quintæ ſcholæ, ſilens circa cętera. Parique ſimplicitate, ac humilitate, ſtatim orationem Dominicam coram, & alta voce recitare, abſque vllo repugnantiæ ſigno, geſtijt; vbi iuſſit Vicarius Generalis. In hoc nulla fit Ironiæ mentio, ſed potiùs voluit validius ſe excuſare à titulo Doctoris in Theologia, quo eum inſigniebat dictus Vicarius Generalis ad ipſum ſcribens, vt videre eſt in Epiſtola eius relata in *Sum. pag. 373. §. 18.* Nec in hoc vel tantiſper veritatis amorem leſit, cum partem affirmans, aliam non negauerit, ſed ab ea præſcidit; *præſcindentium* autem, vt trito fertur axiomate, *non eſt mendacium*; Indeque S. Auguſtinus excuſat Abrahamum à mendacio

li-

licet dixerit Saram eſſe Sororem ſuam, nec adiunxerit eam eſſe ſimul ſibi Vxorem.

183 Quarto opponitur, quod S.D. ſatis munditiei exteriori non conſuluerit, vbi ab immixtis Cilicio pediculis ſe corrodi paſſus fuit *n.*50.

184 Contra quodnam Præceptum hoc quoque facto offendere potuerit S. D., neque concipitur, ſed potiùs exterior Munditiès videtur vnum eſſe ex illis obiectis Indifferentibus, à quo quis abſtinere poteſt, vel non, abſque vlla offenſa, merendo è contra ſi, ab ea abſtinendo, reperiatur Sancta Intentio, vt docet S.Auguſtinus *lib.2.de Serm Domini in Monte cap.*12. Quare, de abſtinentia ab huiuſmodi exteriori munditie, idem videtur dicendum, quod ait Apoſtolus *ad Romanos* 24. de obſeruantia à Cibis: *Qui manducat, Domino manducat, Gratias enim agit Deo. Et qui non manducat Domino non manducat, & Gratias agit Deo.* Et ibidem *qui manducat non manducantem non ſpernat, & qui non manducat manducantem non iudicet, Deus enim illum aſſumpſit.* Hinc circa munditiem exteriorem diuerſi Sancti, diuerſimodè ſe habuerunt, ait Card. Bona *de diſcret. Spirit. cap.7. num.5., S.Hilarion. munditiam in Cilicio non requirebat, quam S.Bernardus optauit, & commendauit. Vt rectum igitur*, pergit Eminentiſſimus Cardinalis *feratur Iudicium, diſquirere oportet quo Spiritu quiſque ducatur, quo principio innitatur, quodnam verborum, & actionum proximum, ac proprium ſit motiuum.*

183 Inueſtigandum ergo quodnam potuerit eſſe motiuum noſtri Ven. aliorumue Sanctorum in alijs factis ſpecificè ſimilibus huic quod arguitur. Certe nullum occurrit aliud quam Corporis proprij Supremus contemptus, & illius *caſtigandi*, exemplo Apoſtoli 1.*Corinth.9.*, *ac in ſeruitutem redigendi*, indomitum deſiderium, ac poſt grandiora facta, Euangelijque prædicationem, ſequeretur funeſta reprobatio. Ideò S. Auguſtinus *Epiſt.*143. *Tanto ſe vnuſquiſque*, ait, *negligentius vtitur quantò ſe exiſtimat viliorem*, & ex Tertullian. de patient.*cap.*8. *Negotiatio patientiæ in Corpore, eſt*, ait, *in primis afflictatio Carnis, Hoſtia Domino placatoria per humiliationis Sacrificium, cum Sordes, cum anguſtiam victus Domino libat, contenta ſimplici pabulo, puroque aqua potu; cum Ieiunia coniungit cum cineri, & Sacco inoleſcit, hæc patientia Corporis precationes commendat.*

186 Hoc itaquè ductus Spiritu Petrus Forerius, dum vetuſtiùs intra neglectumquè Cilicium, & Corpori numquam non appiicatum, vermes expertus eſt obortos, eoſquè multos, meliùs ſibi eſſe coram Deo iudicauit, tempus, & operam non ponere in iſtis ſordibus expurgandis, duplex inde, humilitatis, & patientiæ lucrum reportaturus. Primo, Humilitatis, quia verè nihil eſt, quo carnem ſuam quis videatur magis deprimere, quam ſi ipſam ſinat eſſe huiuſmodi Inſectarum prędam, ac pabulum, quo motiuo ductum fuiſſe S.D. ſatis indicant verba, quæ extremum Viaticum pridie mortis recepturus, addidit ad iſta *Domine non ſum dignus, vt intret ſub tectum meum; Imò digniſſimus ſum*, ait humilis Forerius, *qui Cornis, & Canibus in paſtum exponar.* Secundò etiam patientiæ, quia continuum propè Martirium pati certè debuit, dum lubens tot importunis, adeoque numeroſis Vermibus continuò corrodi ſe voluit, vti narrant Teſtes *n.*50. *&* 51.*pag.*226.,*& ſeq.*, itaùt, ſtatim poſt mortem, cum illius Corpus chirurgi exenterarent, ex teſte de viſu *Summ.pag.*271.§.13.*duo vlcera in illo inuenta fuerint, alterum in humero, in latere alterum, vtrumque Vermibus ſcatens, qui ad modum pellis illa tegebant.*

187 Ad talia horreſcit extremus Munditiei amor, ſed ſimùl triumphat hæroica pęnitentia, maximè in Viro numquam lethali noxa confixo, *Sum.n.*21.

celebrauerit. Explicatio facti remouebit difficultatem; hæc ſunt verba Teſtis citatæ *Summario pag. 5. §. 12. Non mancaua mai di celebrar ogni giorno la S. Meſſa, ſe non nell'eſtremità di malatia, impiegandoui ſpeſſe volte due hore intiere, ſlegandoſi in lagrime di deuotione, che ſpargeua tanto più liberamente, che ſi ſtimaua eſſer ſolo inanzi à Dio, mentre che nel più forte della Guerra ſtette alcuni meſi à celebrarla in particolare, con licenza dell'Ordinario, in vn piccolo Appartamento fuori della Clauſura, al quale di poi ſi è dato il nome di Mataincuria.* Non dicitur ibi, quod celebrauerit in domo priuata; & verè iſtud Domicilium extrà clauſuram, erat ipſarum Monialium, earumque Clauſuræ contiguum ex *Summ. pag. 245. §. 35.* Vndè cum ratione Belli grauiſſimi, de quo loquitur Teſtis, *Nel più forte della Guerra*, libertas non eſſet Miſſam celebrandi in Eccleſijs, quæ eo maiori iure tunc occludebantur, quod Suetij vaſtantes Lotharingiam ex *Summ. pag. 86. §. 64. pag. 91. § 78.*, aduerſus Aras, vtpotè Heretici, præcipuè ſæuiebant; ideò in domicilio ab Eccleſia diſtincto celebrabat tùnc S. D., quod cum eſſet Clauſuræ contiguum ſeruiebat Monialibus prò Cappella. In quo caſu valebat approbatio Epiſcopi, ſaltem cùm tùnc vrgeret neceſſitas, difficiliorque eſſet, ratione Belli, & diſtantiæ, promptus ad S. Sedem recurſus.

179 Tertiò obijcitur S. D. interrogatum à Vicario Generali Virdunen., in qua Schola ſtuduiſſet, reſpondiſſe modò redolente Ironiam, & qui videbatur veritatis amorem lędere, dùm dixit *ſe ſtuduiſſe in quinta Grammatica regula. num. 49.*

180 Verba, ex quibus hæc obiectio petitur reperiuntur extenſa in *Summ. pag. 209 §. 8.* in ijsquè nihil obſeruatur niſi profunda humilitas, ac ſimpliciſſima obedientia, quibus plurimarum Perſonarum Cętus integer valdè ædificatus eſt, vt refert Teſtis ibidem. *Tutti ammirarono l'humiltà grande del Seruo di Dio*, quod certè non feciſſent, ſi non ſimpliciter, & ad ſui ipſius depreſſionem, ſed ex Ironia reſponſionem ſuam inſtituiſſet, aut ſi in aliquo veritatem læſiſſet.

181 Verè potiùs S. D. forte redarguendi anſam videretur dediſſe, ſi coram hac multitudine reſpondiſſet, vti verum erat; ſe ſingulas humanitatis ſcholas frequentaſſe, in ijs linguam latinam, & græcam perindè, ac maternam didiciſſe, curſus poſtea philoſophiæ, & Theologiæ perſoluiſſe, & ita diligenti deindè ſtudio S. Thomam legiſſe, *vt ſi huius ſumma euanuiſſet, eius quæſtionum, ac articulorum integram ſeriem reſtituere valuiſſet*, & demùm quod huic ſcholaſtico ſtudio adiunxerat iugem, & acerrimam, vbi per tempus licuerat, ſcripturæ, ac SS. Patrum lectionem, vt colligitur ex *Summ. num. 3. à pag. 7. ad 10.*, & etiam ex ſola compoſitione libri, cui Titulus. *Il primitiuo, e legitimo ſpirito*, dati in fine Summarij *fol. 393.*, vbi quidquid proponit ſemper ſcriptura communit, & S. Patribus, quorũ dicitur lector ſtudioſiſſimus, *Summ. pag. 52. §. 20.*

182 Vt itaquè hanc Iactantiæ ſpeciem declinaret humilis Petrus Forerius, ſatis eſſe ſibi duxit reſpondere ſimpliciter, ſe ſtuduiſſe quintæ ſcholæ, ſilens circa cętera. Pariquè ſimplicitate, ac humilitate, ſtatim orationem Dominicam coram, & alta voce recitare, abſque vllo repugnantiæ ſigno, geſtijt, vbi iuſſit Vicarius Generalis. In hoc nulla fit Ironiæ mentio, ſed potiùs voluit validius ſe excuſare à titulo Doctoris in Theologia, quo eum inſigniebat dictus Vicarius Generalis ad ipſum ſcribens, vt videre eſt in Epiſtola eius relata in *Sum. pag. 373. §. 18.* Nec in hoc vel tantiſper veritatis amorem leſit, cum partem affirmans, aliam non negauerit, ſed ab ea præſcidit; *præſcindentium* autem, vt trito fertur axiomate, *non eſt mendacium*; Indeque S. Auguſtinus excuſat Abahamum à mendacio

li-

licet dixerit Saram eſſe Sororem ſuam , nec adiunxerit eam eſſe ſimul ſibi Vxorem .

183 Quarto opponitur, quod S.D. ſatis munditiei exteriori non conſuluerit , vbi ab immixtis Cilicio pediculis ſe corrodi paſſus fuit *n.*50.

184 Contra quodnam Præceptum hoc quoque facto offendere potuerit S. D. , neque concipitur,ſed potiùs exterior Munditiès videtur vnum eſſe ex illis obiectis Indifferentibus , à quo quis abſtinere poteſt, vel non,abſque vlla offenſa, merendo è contra ſi, ab ea abſtinendo , reperiatur Sancta Intentio, vt docet S.Auguſtinus *lib.*2.*de Serm Domini in Monte cap.*12. Quare, de abſtinentia ab huiuſmodi exteriori munditie , idem videtur dicendum,quod ait Apoſtolus *ad* Romanos 24. de obſeruantia à Cibis : *Qui manducat, Domino manducat ,Gratias enim agit Deo . Et qui non manducat Domino non manducat , & Gratias agit Deo* . Et ibidem *qui manducat non manducantem non ſpernat , & qui non manducat manducantem non iudicet , Deus enim illum aſſumpſit* . Hinc circa munditiem exteriorem diuerſi Sancti , diuerſimodè ſe habuerunt , ait Card. Bona *de diſcret. Spirit. cap.*7. *num.*5. , *S.Hilarion. munditiam in Cilicio non requirebat , quam S.Bernardus optauit , & commendauit . Vt rectum igitur*,pergit Eminentiſſimus Cardinalis,*feratur Iudicium, diſquirere oportet quo Spiritu quiſque ducatur, quo principio innitatur , quodnam verborum,& actionum proximum,ac proprium ſit motiuum.*

183 Inueſtigandum ergo quodnam potuerit eſſe motiuum noſtri Ven. aliorumue Sanctorum in alijs factis ſpecificè ſimilibus huic quod arguitur . Certe nullum occurrit aliud quam Corporis proprij Supremus contemptus , & illius *caſtigandi* , exemplo Apoſtoli 1.*Corinth.*9. , *ac in ſeruitutem redigendi*,indomitum deſiderium , ne poſt grandiora facta , Euangelijque prædicationem , ſequeretur funeſta reprobatio . Ideò S. Auguſtinus *Epiſt.*143. *Tanto ſe vnuſquiſque* , ait , *negligentius vtitur quantò ſe exiſtimat viliorem* , & ex Tertullian. de patient.*cap.*8. *Negotiatio patientiæ in Corpore,eſt* , ait , *in primis afflictatio Carnis , Hoſtia Domino placatoria per humiliationis Sacrificium, cum Sordes, cum anguſtiam victus Domino libat , contenta ſimplici pabulo , puroque aquæ potu ; cum Ieiunia coniungit cum cineri , & Sacco inoleſcit, hæc patientia Corporis precationes commendat.*

186 Hoc itaquè ductus Spiritu Petrus Forerius , dum vetuſtiùs intra neglectumquè Cilicium , & Corpori numquam non applicatum, vermes expertus eſt obortos, eoſquè multos , meliùs ſibi eſſe coram Deo iudicauit , tempus, & operam non ponere in iſtis ſordibus expurgandis, duplex inde , humilitatis, & patientiæ lucrum reportaturus . Primo, Humilitatis , quia verè nihil eſt , quo carnem ſuam quis videatur magis deprimere , quam ſi ipſam ſinat eſſe huiuſmodi Inſectarum prędam , ac pabulum,quo motiuo ductum fuiſſe S.D.ſatis indicant verba,quæ extremum Viaticum pridie mortis recepturus,addidit ad iſta *Domine non ſum dignus,vt intres ſub tectum meum ; Imò digniſſimus ſum*,ait humilis Forerius, *qui Coruis, & Canibus in paſtum exponar*.Secundò etiam patientiæ, quia continuum propè Martirium pati certè debuit,dum lubens tot importunis, adeoque numeroſis Vermibus continuò corrodi ſe voluit,vti narrant Teſtes *n.*50. & 51.*pag.*226.,*& ſeq.*,itaùt,ſtatim poſt mortem, cum illius Corpus chirurgi exenterarent, ex teſte de viſu *Summ.pag.*271.§.13.*duo vlcera in illo inuenta fuerint,alterum in humero,in latere alterum , vtrumque Vermibus ſcatens , qui ad modum pellis illa tegebant.*

187 Ad talia horreſcit extremus Munditiei amor, ſed ſimùl triumphat heroica pęnitentia,maximè in Viro numquam lethali noxa confixo,*Sum.n.*21.

pag. 135., *& ſeqq.* Factus igitur quaſi alter Iob, cui *an ſimilis eſſet alter in Terra* quæſiuit olim Deus, non repræhenſiones, ſed eadem meretur Forerius Elogia, quibus Iobum extulit *Tertull. lib. de patient. cap. 13. Videbat Deus*, ait, *diſſecabatur malus, cum Iob immundam vlceris ſui redundantiam, Magna æquanimiate diſtingueret; cum erumpentes beſtiolas in eoſdem ſpecus, & paſtus foraminoſæ Carnis ludendo reuocaret.*

189 Nec ſolumodo in vita priuata, ſed, & publicis etiam deputati Meniſteriis, non nulli Sancti hanc exteriorem monditiem neglexerunt. Vt S. Iacobus Apoſtolus, de quo laudat Eccleſia in 5. lect. Ipſius officij, quod *numquam tonſus, aut balneo vſus ſit*, V. S. Thomas Cantuarienſis Epiſcopus *cuius Ciliciam*, referente Odoardo in eius vita, *cap. 25. poſt mortem Martirio obitam, ſcatere tot pediculis eſt deprahenſum, vt Martiriũ illo tolerabilius eſſe videretur*. V. S. Ludouicus Toloſæ Epiſcopus, qui ne à ſe amonerent pediculos in Infirmorum viſitatione aucupatos, prohibuit famulos dicens, vt refert Marcus Vliſip. *in Cronic. Minor. par. 2. lib. 6. cap. 6. Laſciate pure i Pidocchi, ſono le perle de Poueri*; *V. S.* Franciſcus Aſſinatis Sanctiſſimi Ordinis ſui pater, & Generalis Superior, narrante Pamelio *Tertull. Scholiaſt. num.* 75. de his igitur, & ſimilibus ait *Card Laurea in 3. ſentent. tom. 2. diſp. 31 art. 10. num. 110. Sordities nedum non eſt defectus, ſed maxima lauſ.* Haſque repræhenſas ſordes, nunquam detraxiſſe, aut nocuiſſe miniſterio noſtri V., abunde probatum eſt, *in Reſp. ad diffic. Anni* 1705. *fol.* 32.

190 Quinto Obiicitur ad nimium ſui amorem videri referendum, quod S. D. obedientiam præſtiterit cuidam Fratri Blaſio, ad ſibi ſeruiendum deputato, *num.* 51.

191 Quam parum amaret ſemetipſum Ven. Forerius, eoutique amore, quo quiſquerit propria Commoda, non quę Ieſu Chriſti ſunt, ita exponitur paſſim *in Summar. ſuper. eius virtutibus, & ſpecialiter num. 50. & 51. à pag. 269. ad* 289. vt non modo non videatur vllam poſſe oriri Suſpicionem, quod ex nimio ſuo amore obedientiam prædictam præſtiterit, ſed potius dici poſſit, à pluribus retro ſæculis, hominem forſan non vixiſſe propriorum commodorum magis Inimicum, ſibique ipſi magis mortuum, ne dixerim penitus Crucifixum, vti patebit cuique legenti.

192 Aliunde cum in tota depoſitione teſtis citati nullum verbum reperiatur quod tantiſper diſponat ad credendum, quod obedierit d. Fratri à Congregatione deputato vt ipſi inſeruiret, ex allegatis motiuis, vel nimij ſui amoris, vel ſeruilis timoris erga ipſum, Cur ita de S. D. poſſit ſuſpicari, prorſus latet. Attamen ſi quid amplius deſideretur, quod magis explicet depoſitionem Teſtis, hic referemus verba vitæ S. D. a P. Bedel editæ, factum animaduerſionis ſpectantia *cap.* 10. *lib.* 2. *Animaduertentes PP. noſtri*, inquit, *Petrum de ſuo Corpore tam parum eſſe ſollicitum, præterea reliqua accomodationis ſuæ prorſus negligere, ad defectum hunc ſupplendum, primum inter Fratres Adiutores profeſſum, eius curando Corpori præfecerunt, qui iniunctum ſibi mandatum exequebatur tam accuratè, quam deſiderari poterat: Pater vero, preces Curatoris ſui veluti præcepta totidem excipiens, perfectius ab eiuſdem voluntate dependebat, quam non faceret aliquis nouitius erga ſuum Magiſtrum. Atque hac ratione Pater dexterrimè Ius præcipiendi cum obſequendi ſtudio, ſpinas ſupremi Magiſtratus, cum obedientiæ roſis coniunxit.* Ex quibus colligitur S. D. reſpexiſſe hunc Fratrem adiutorem, quaſi Congregationis hominem ſibi præfixum, *profeſſum eius curando Corpori præfecerunt.* vnde cum Congregationi obedientiam voto promiſiſſet, eam præſtabat cum tanto maiori merito, quod iſte Frater aliis titulis ipſi erat inferior. Circa quod

fauet

fauet maxime hoc dictum S. Bernardi *Serm. 4. in Epiphan. Maxima, & plena Iuſtitia eſt, Inferiorem ſe exhibere etiam ipſi inferiori.* Fauet, & ſimillimum factum in S. Franciſco Borgia ordinis ſui Generale, relatum à Ribadeneria *in eius vita lib. 4. cap. 3.* his verbis *Obediſſe al Compagno, che era vn Fratello chiamato Melchior Marco.* Et infra. *Fu coſa d'ammiratione vedere quanto puntualmente obbediua à queſto Fratello, el humiltà con che gli domandaua farò I, queſto, ò quello?*

193 SEXTO Arguitur, quod S. D. dum eſſet Generalis ſui ordinis, aliquoties à choro abfuerit, vndè prauum exemplum ſubditis cauſare potuit. Et quod abſentiæ Cauſa legirima non iuſtificetur *num.* 52.

194 Verba teſtis, ex quo obiectio formatur hæc ſunt *Summar. pag.* 193. §. 6. *inſuper ait deponens, ſe certo ſcire, quod ven. S. D. extra chorum ſemper ad genua prouolutum officium diuinum recitabat.* In quibus nulla fit mentio; an eſſet Generalis tempore de quo loquitur teſtis. Vndè cum per Annos circiter triginta extiterit Parochus, Choruſque in Parochia non eſſet, talis abſentia prauum exemplum parere non poterat. De quatuor vltimis vitæ ſuæ annis, pariter dicendum, quando in Collegio Graiacenſi, vbi chorus non erat, Pueros edocebat. Per alios autem quatuor Generalatus Annos, onus Superioribus à Concilijs iniunctum, viſitandi domos ſibi ſubditas quolibet Anno, & tot negotia alia duorum ordinum, qnos ad Eccleſiæ decus, & ædificationē, recens ſuſcitauerat, acquibus ſibi vacandum incumbebat, ità eum occupabant, vt Choro ſemper intereſſe prorſus ei eſſet impoſſibile, ſed vtilius, tunc abſens à Choro, Eccleſiæ dei ſeruiebat, quam ſi adfuiſſet. Er hæc adeo omnibus nota, nullum e ſuis ſubditis latere poterant; quare nullum, ex eius abſentia à Choro, eis exurgebat prauum exemplum. Ex citatis igitur verbis nihil inferri poteſt, niſi eximia S. D. deuotio, dum Officium diuinum, *non niſi genuflexus* perſolueret.

195 Vltimò proponitur ponderandum, àn laudabile, vel improbandum fuerit factum S. D., qui aliquibus noctibus permanſiſſe dicitur in Capella interiori Monialium, vt ibi oraret. *num.* 53.

196 Problematis habebitur prompta reſolutio in laudem noſtri ven. ex relatione verbotum, locis in Animaduerſione citaris, ſcilicet *pag. 56. Summar.* §. 56. *Di hauer riconoſciuto la diuotione particolare del ſeruo di Dio, dal ſuo feruore nelle pregbiere, che gli ha viſto fare piu volte nella Cappella delle Monache del ſuo iſtituto, con tanto feruore, & attentione, che il ſuo Corpo appariua, come immobile, e ſua faccia acceſa, e che pigliaua tanta Cura in prepararſi à dire la S Meſſa, che ſi vedeua nella medema Cappella hore intiere per diſporuiſi, il che praticaua ancora per il ſuo rendimento di gratie doppo la Meſſa, la quale celebraua ogni dì, anche ne tempi più faſtidioſi dell'Inuerno, doue ſoffriua molto, e pareua eſpore la ſua ſanità, e vita, per cauſa della ſua vecchiaia, e della difficoltà, che haueua di andare in d. Cappella dalla ſua caſa. Ella ſa ancora, che la notte, che precedeua la feſta della Natiuità di Noſtro Sig., non potendo ſpecificare l'Anno, d. Seruo di Dio paſsò tutta la notte nella Cappella di dette Monache in Oratione, e non ne vſcì, che circa vn hora doppo del mezzo di del d. giorno di Natale, doppo hauerui celebrato la Meſſa della mezza notte, dell' alba, e delle vndici hore, il che ella ſa per hauerelo viſto in parte, hauer inteſo la meſſa di mezza notte, & hauere ſaputo il reſto dalle dette Monache, e particolarmente dalla ſuor Margarita.* Et *pag.* 63. §. 35. addit eadem teſtis. *Ella hà ancora inteſo dalle medeme Monache, dalla ſuor Margarita loro Ruotara, che il ſeruo di Dio haueua ſpeſſo paſ-*

Digitized by Google

ſate le notti intiere in oratione, e qualche uolta ui haueua perſeuerato trẽ giorni, e tre notti in queſto continuo eſercitio di oratione, ſenza pigliare alimento alcuno.

197 In his verbis, vbi de oratione pluribus noctibus, nulla fit mentio Cappellæ Monialium, ſiuè Interioris, ſiuè exterioris. Et in præcedentibus vbi fit mentio de oratione, *in Cappella Monialium*, vnica Nox exprimitur, & hæc Natiuitatis Chriſti, nec Vox *interioris Cappellæ* reperitur, ſed ſimpliciter. *Paſsò tutta la notte nella Cappella di dd. Monache*. E contrà apertè ex verbis teſtis colligitur, quod oratio facta fuerit in Cappella exteriori; Ipſam enim fuiſſe exprimitur, in qua tres Miſſæ Feſti Natiuitatis Chriſti à S.D. celebratæ ſunt. Cumque illa eadem Nocte Natiuitatis, ratione Miſſæ mediæ noctis, Officiorumque Matutini, & laudem, ferè ſemper remaneant apertæ fores Eccleſiarum, multò minùs quemquam offendere poteſt quod S. D. illa eadem nocte integra remanſerit continuò orans in dicta Cappella, Attento præſertim quod, vt narrat teſtis, non niſi eum grauiſſimo periculo, ob decrepitæ ætatis infirmitates à Domo ſua ad præfatam Cappellam, ter vnius noctis, hiemiſq; tempore progredi potuiſſet.

198 Quapropter re, vt par eſt, Ponderata, nihil niſi grande, ac heroicum ad laudem S.D. inferri poteſt ex depoſitione vndè animaduertendi ſumpta eſt occaſio; videtur enim venerandus Senex, circiter 76. annos natus de ętate, de Infirmitatibus, de hiemis rigiditate, alijſque incommodis triumphans, vt deuotionem ſuam erga Chriſti Natiuitatem continuò meditationi orationi, aut Sacrificio intentus, exprimat.

199 HÆC SVNT BEATISSIME PATER, quæ non modò dilucidãdis nouis animaduerſionibus ſed illuſtrandis etiam magis V. Petri Forerij virtutibus, credidimus ſufficere, itaùt non vitia fuiſſe, ſed merita verè Hæroica, etiam ea, quæ contrà Ipſum repræhenſa ſunt, oſtenſum putemus, valeatque dici de tanto Viro, quod S.Hieronymus ſcribit *Epiſt.* 27. ad S.Euſtachium. *Illius vitia, aliorum eſſe virtutes*.

200 Similitèr quoque viſurum S.V., & præſtantiſſimis PP. confidimus in Dño Verumtamèn, cum res pluſquam prodigio ſimilis foret, ſi in tam amplo, numeroſoque PP. Senatu, quantumuis pietatis, & ſufficientiæ queſtu ditiſſimo, nulla reperiretur Votorum Inter ſe diſſimilitudo, ſperamus vtique, quod quamuis fortè aliqui Reuerendiſſimi Conſultores ſecundis Votis noſtro Ven. non adeſſent, id non ſit impeditiuum, ne demum S.V. diuinis inſpirata luminibus, pro ſolita benignitate, & Clementia decernat, conſtare de Ipſius Virtutibus. Siquidem, vt ipſam omnium optimè nouit, neque in Concilijs, licèt Generalibus, ad definiendos fidei, morumuè Articulos, requiſita fuit vnquam plena PP. inter ſe ſuffragiorum conformitas. Sed ſufficere eorum ſolam pluralitatem, communitèr afferant Catholici Doctores, intèr quos maximi Nominis eminent tres S.R.E. Cardinales, qui ad noſtram quæſtionem indubitatè reſpondent, *ſi plena fuerit Votorum libertas, nullaque fraus, aut dolus interuenerit, in Conciliaribus Iudicijs ſtandum eſſe prò ſuffragiorum pluralitate*. Ità Cardinalis Turrecremata in *Sum. Eccleſ. lib. 3. cap.* 65. Ità Cardinalis Iacobatius *de Concil. lib. 6. art. 3. ſub num.* 57. Ità Cardinal, Bellarminus *tom. 1. controuerſ. de Concil. lib. 1. cap.* 18. Aſſertique Dogmatis, prætet plura Conciliorum à ſe allata exempla, hanc reddunt rationem, *quia vbi maior pars, ibi præſumitur eſſe Eccleſia. Cap. Apoſtolica diſtinct.* 56. Et quia in Concilio Toletano 9. decernitur, *quod ſi pauciores fortè diſſentiunt, debeant plurium Sententiæ cedere*.

Id

20 Id ipſum eſt,quod poſt deuotiſſima Pedum S.V. Oſcula, & ad Ipſos prouoluti humillimè præcantur, duo Ordines Religioſi, quos Eccleſiæ Dei, non abſqne ſpirituali Decore, & cum multa fidélium edificatíone parturijt Ven. Petrus Forerius, quem vt Patrem optime meritum ſumma cum pietate non reuereri, & amare, non poſſunt; quique eo ſecuriùs, ac tenacius eius Vitæ Veſtigijs adhæſuri, atque Conſtitutiones, ſibi ab eo relictas, eo Religioſius ſeruaturi ſunt, quo ſemel Pontificio Oraculo de illius virtutum hæroicitate conſtare decretum fuerit.

Thomas Montecatinius Aduocatus.

Ioannes Carolus Piancaſtellus, ex Collegio Patronorum Cauſarum Sac. Palatij Apoſtolici.

REVISA.

Ioannes Zuccherinius Dñi Abbatis Andreæ Pieri Fidei Subpromotoris Coadiutor.

SVMMARIVM
ADDITIONALE

BEATISSIME PATER.

Num. I.
Aſſertus tenor Epiſtolæ Ser̃mi Lotharingiæ Ducis moderni directæ ad SSm̃um Clementem XI. cuius originale dicitur reperiri in manibus Sanctitatis Suæ.

ID mihi ſemper menti adheſerat S.V. non moraturam,ne in laudem, & Gloriam V.S.D. Petri Fourier, olim PP. meorum dilectiſſimi ſubditi, decerneret ſuper eius virtutibus, eas declarando heroicas. Perſuadebat non modo ingens illa Sanctitatis fama, qua, dum viueret, & à quo obdormiit, in tot locis polluit, in quot fuit notus; Sed præſertim in Lotharingia, in qua tanta fuit, & perſeuerat, ut non niſi Sancti nomine, Populorum Impetu, qui videtur potius eſſe Dei,vbique audiatur. Viget etiam nunc Virtutum eius odor adeò eximus, tantus gratiarum eius meritis obtentarum ſenſus, Miraculorumque abeò editorum talis ſtrepitus, vt ad eius tumulum aſſiduus, & propè ſtupendus fiat Concurſus cuiuſcumque conditionis hominum; inter quos Ego etiam cum cariſſima Dña mea Coniuge, Vota, & Præces perſoluturi, quanta potuimus mentis deuotione, & fiducia progreſſi fuimus; licèt non nihil a noſtris Domicilijs diſtaret. Nec fruſtrà, ſiquidem quemadmodum Genitores mei olim me, fratreſque meos, Deo, maximè præcibus, & meritis tanti ſerui Dei ſibi datos referebant; Ità fœlicem quam idem Deus Optimus

mus conceſſit nobis ſobolem, Inuocatione præſertim V. Petri Fourier, grato quantum poſſumus animo, exiſtimamus deputandam. Sed Animum, ſpemque auxit rumorille, qui tota Lotharingia, exultantibus quibuſcumque bonis auditus eſt, paulò poſt Congregationem coràm V.S. habitam ſuper Virtutibus tanti Viri, ſcilicèt Vota valdè felicitèr ſucceſſiſſe...... Talia audiens iucundiſſimè delectatus ſum, Beatiſſime Pater, At cum iam mihi referatur, quod V. S. ità diſpoſita ſit, vt dilatura eſſe videatur decretum tot ab annis peroptatum ſuper virtutibus V. Petri, verè doleo, nec poſſum non vrgeri valdè, tùm propria animi mei gratitudine, tum omnibus ſubditorum meorum Votis, tum præſertim affectione mea erga duos Religioſos Ordines, quos Eccleſiæ Dei parturijt eximius ille Vir, & qui in toto ferè Orbe Chriſtiano, & ſub meiſmet quotidiè Oculis, erudiendæ ad litteras, & bonos mores vtriuſque ſexus Iuuentuti, ad totius Eccleſiæ maximum decus, Populorumque vtilitatem, indefeſſo zelo laborant. Non poſſum, inquam, non vrgeri plurimum, vt ſicùt olim optimæ memoriæ Pater meus apud Sum. Pontificem Innocentium XI. ità inſtem quantum valeo apud S. V. prò iam iàm obtinendo optato ab omnibus Decreto in Gloriam, & honorem eximij huius Serui Dei, omniſque Populi mei conſolationem, & ædificationem. Si quid igitur mihi fuerit gratiæ coràm Beatitudine Veſtra; Si quid vnquam de Eccleſia Dei benemerita eſt Lotharingia, Patreſque mei, tam ob eorum ſummam ſemper erga Sanctam Sedem Reuerentiam, & arctiſſimam vnionem, tùm ob non infelices in Bellis, Paceque eorum labores pro Catholica fide, aduerſum, ſiuè Infideles Saracenos, ſiuè quoſuis hæreticos, id ipſum humilitèr, & enixè precor.

Beatiſſimè Pater S. V.

Luneuillæ Aprilis 1704.

Humiliſs., & Obſequentiſs. filius, & Cliens
Leopoldus.

BEATISSIME PATER.

Num. II. Aſſertus tenor Epiſtolæ Rmi Epiſcopi Tullenſis Moderni, directa ad Sanctiſs. Clementem XI. quæ dicitur repe riri in Manibus eiuſdē Sanctiſs.

FAma publica detulit ad has partes S. V. pro ſua in agēdis rebus prudentia, & ſollicitudine, audita relatione EE. DD. Cardinalium, ſtatuiſſe procraſtinandam eſſe, & ad multum tempus differendam, relationem inter Beatos, ſeù, vt vocant, Beatificationem V. S. D. Petri Fourier, Canonicorum Regular. Congregationis Saluatoris Noſtri Inſtitutoris, & quondam Parochi in Mataincourt, huiuſce noſtræ Diœceſis Tullen., vbi piè in Domino quieſcit. Ignoſcat quæſò meæ tenuitati S. V. ſi humillimè ad Tronum Apoſtolicum prouolutus, Beatitudini Veſtræ ea fiducia, quæ filium decet, & ea veritate quæ decet Epiſcopum, ſimplicitèr exponam qualia, & quanta ſcandala exoritura ſunt, tùm in tota noſtra Diœceſi, tum in Vniuerſa Lotharingia, & finitimis Regionibus, ſi negotium Beatificationis, vt aiunt, V. S. D. dilatum, & ſine vlla ſpe ſucceſſus maneat quaſi conſepultum. Heroicæ enim illius Virtutes, & ad ſtuporem vſque in ijs omnibus Partibus ità notæ, & exploratæ ſunt, vt Nemo, vel etiamſi Impius, modo Chriſtianus, ipſius Cineres, &

vitæ

vitæ exemplaris quam duxit veſtigia, ſingulari honore non veneretur. Audient filij eius Canonici Regulares Viri aliundè de Eccleſia optimè meriti, quaſi publici deceptorès, qui multum nominis, & plures Virtutes ſuo Inſtitutori falsò tribuerunt; Siquidem Sancta, & Apoſtolica Sedes, ſub Pontificatu Clementis XI. Sacerdotis Chriſti ſupra omnem titulum, & laudem, Leonibus, & Gregorijs Magnis, pro ſuo in Chriſtianam Rempublicam Studio, non imparis, præhabito diligenti examine triginta circitèr Annorum, Virtutes V.S.D., nec heroicas, nec dignas, vt inter Beatos referatur, renunciauit. Abſit, vt Sedente tanto Pontifice, Vniuerſa Lotharingia, finitimæ Regiones, & Canonicorum Ordo, ea afficiantur moleſtia, eumque dolorem perferant, quod Sacerdorum Votis, ardentiſſimiſque Populorum Precibus S. Sedes nec annuerir, nec crediderit. Oro ergò, & obſecro, & per Ima Chriſti Viſcera obteſtor, S.V., vt in album Sanctorum referri velir V. Dei Seruum. Sic enim difficillimis hiſce temporibus, in quibus Inimicus homo ſuperſeminauit Zizaniam in Agro Domini, dabit Deus nonas vires, nouoſque animos hujus Patriæ indigenis, vt ſequantur exempla, & ſimiles fiant vni è ſuis. Sic Pietas, magna ex parte à filijs hominum imminuta, reflorebit, & Religio erga Sanctam Sedem, & Sponſam Chriſti Eccleſiam creſcet, & augebitur in dies. Interim apud prępotentem Deum vota facio, vna cum tota Republica Chriſtiana, vt diù ſoſpitem, & Incolumen ſeruet tantum Pontificem, Primis Eccleſiæ ſæculis dignum; Benedictionem Apoſtolicam humillimè expectans, ero, quamdiù vixero, cum profundiſſimo Animi reſpectu.

BEATISSIME PATER

S. V.

Humillientiſs. Obſequ. & Deuotiſs. Seruus, & filius.

Franciſcus, Epiſcopus, Comes Tullenſis.

Tulli die 26. Aprilis 1709.

Num. III. *Cauſa ſcientiæ allata in fine reſp. teſtis XV. ſuper 14. Interrogat. Proceſs. Tullen. autorit. Apoſt. fol. 1006.*

CAuſa ſcientiæ omnium ſupradictorum in præſenti Artiuloc, quod vidit, & audiuit.

R E V I S A.

Ioannes Zuccherinius Dñi Abbatis Andreæ Pieri Fidei Subpromotoris Coadiutor

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RESPONSIO ADDITIONALIS

Ad Difficultatem XII.

BEATISSIME PATER.

QVAMVIS Reſponſio data ad Difficultatem duodecimam, pleniſſime eam euacuaſſe videatur; Nihilominus operæ pretium duximus, eidem, typis iam datæ, aliqua ad ſuperabundantiam addere, ex quibus Reuerendiſſimi Conſultores Commodiùs, & cum omni euidentia quæ in huiuſmodi materia poſſit deſiderari, inſubſiſtentiam dictæ difficultatis ſtatim perſpectam habeant.

ILLIVS ſumma ad duo reducitur, Primo quod ſinguli actus producti in laudem V. Petri Forerij, non ſatis probentur. Secundo quod actus particulares Hœroici ſæpiſſime non ſpecificentur.

PRO ſolutione primi, reduximus, in data Reſponſione, actus quoſcumque virtutum S. D. productos in Summar. ad tres Claſſes, eoſque omnes, iuxta Claſſis ſuæ naturam, plene probatos eſſe ſatis firmauimus ſolidiſſimis autoritatibus. Quare reſpectiue ad iſtud nihil vlterius obſeruabimus, niſi quod (vt euidens eſt ex ipſis terminis quibus dubium expreſſum eſt) præſens quæſtio non inſtituatur, *An conſtet de ſingulis virtutum actibus?* ſed, *An conſtet de ipſis virtutibus?* vere quidem ex actibus earum; at, vt certiſſimum eſt, collectiue, & ſimul ponderatis; non autem ſolitarie, aut diſtributiue, & ſingillatim; Vnde actus quilibet ſpectandi veniunt quaſi totidem virturum ſigna, ſeù partialia earum teſtimonia; Ita vt licet aliqui eorum ſolitarie ſumpti, minus plene probati forſan viderentur; ijdem tamen iuncti cum alijs pleniùs probatis, & cum adminiculis ſibi ſuperuenientibus, acquirant nouam ac mutuam vim, & efficaciam pluſquam ſufficientem ad concludentiſſime probandas virtutes, quarum ſunt ſigna, ſuadendumque penitus cuiuslibet iudicantis animum.

CIRCA ſecundum vero, ſeù, quod actus particulares Hœroici ſæpiſſime non ſpecificentur; Quanquam ad contrarium dignoſcendum nulla lux abundantior poſſit oriri, quam ex iterata, ſi placeret, lectione informationis principalis ſuper præſenti dubio, in qua actus quamplurimi, & omnis ſpeciei, ſingularum virtutum indicantur producti in Summario, eorumque ſimul Hœroicitas eruditè, atque ſolidiſſimè demonſtrata reperitur; Sufficere tamen confidimus ſi, licet hìc prætermiſſis tam multis aliarum virtutum actibus, ibidem expoſitis, pauciores tantum, breuitatis Cauſa, quibus, vt aiunt, *ex vngue Leonem* liceat agnoſcere, retulerimus reſpicientes ſolummodo tres virtutes, quæ communiter exiſtimantur eſſe indubitata germanæ Sanctitatis Criteria, nimirum *Charitatem*, *Mortificationem*, *& Humilitatem*, quarum tales actus in Ven. Forerio obſeruabimus, vt ſi Hœroici dici

non poſſint; ſane vix vllus reperiri poterit actus Hæroicus in vitis plerorumque Sanctorum *Confeſſorum*, quos Eccleſia, ſiuè ab antiquis, ſiuè à recentioribus ſæculis, Beatorum faſtis adſcripſit.

PRIMO etenim circa *Charitatem* in quantum reſpicit Deum, & ex verbis, & ex factis V. Petri Forerij, colligitur intenſiſſimo eum Diuini amoris igne fuiſſe accenſum. Verbis, ſcilicet illis eum abundanti ſuſpiriorum, & lacrimarum effuſione ex eius pectore erumpentibus; *Quam Bonus es Domine mi! Domine mi quam bonus es!* Sibi, præ amoris abundantia, vocem habitumque demenribus; vel his extaticis à S. Auguſtino mutuatis = *Et Deus es, & meus es*, ſibi frequentiſſimis; Vel iſtis, cum vehementibus ſuſpirijs, brachijs ad Cœlum erectis, facieque lacrimis cooperta, ad Deum ingeminatis. *Ah Dio mio! ah Dio mio! perche non poſſo Io amarui perfettamente, come Voi lo meritate? mà Dio mio non ne ſono degno* (*A*) Similiter, alios, & ſe ipſum, præ Diuino quo æſtuabat amore, extimulabat ad ſemper, & maius gloriæ Dei incrementum, in omnibus procurandum, dictis huiuſmodi = *O Homo Dei, facis opus Dei*. Vel his = *Omnia quacumque facitis, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite*. Et ſimilibus ignitum amorem ſpirantibus. (*B*)

SED geſtis ardentiſſimam quoque erga Deum Charitatem modis innumeris exhibuit, auerſatus ſemper ſuper omnia offenſam Dei, adeo vt nunquam baptiſmalem innocentiam amiſerit, ſed in omnibus miniſtrum irreprehenſibilem ſic ſe cuſtodierit, vt nemo vel leuem culpam in ipſo notauerit. (*C*) Iuge econtra, & inſatiabile ſtudium placendi Deo, obſeruatum in ipſo fuit; Vnde non modo mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ſed Conſiliorum Euangelicorum etiam, obſeruator exactiſſimus extitit. Vtque ſimiliter eſſet de alijs, quantum valuit, curauit. (*D*) Hinc ſumme dolebat, vultu extabeſcebat; ac in ſuſpiria, & lacrimas prorumpebat, ſi Deum vnquam ab aliquo grauiter offenſum audiret. (*E*) Deum quoque, præ amore, ſibi præſentem continuò habebat; in omnibus rebus eum contemplabatur; totum ſe ipſi ſubijciebat; ad eum omnia ſua dirigebat; ex eiuſque ſolo aſpectu, Charitas, qua ardebat, obſeruabatur; Patientiſſimè, & cum gaudio, ex ea tolerans quæcumque aduerſa ei accidebant. Duroſque, & permultos pro Deo tota vita ſuſcipiens labores. (*F*) Ideo etiam res ad Deum ſpectantes, Religioſo ſtudio recolebat, curabatque, vt Sacras ædes, Diuina Officia, Sacramenta, Sanctos, Hierarchiam Eccleſiaſticam, & præcipue Sedem Apoſtolicam, in maxima veneratione omnes haberent (*G*)

NEC minus inuictè eumdem Diuini amoris ignem patefecerunt tenerrimæ, & abundantes illæ lacrimæ, & gemitus, quæ ex illius corde erumpebant per oculos, vbi Chriſti miſteria, incarnationem, paſſionem, &c. mente reuoluebat, aut legi, recinine audiebat; (*H*)

INSVPER orationes frequentiſſimæ, ex quarum iucunditate conſortia cum Deo ſæpe per noctes, dieſque integras; & nonnunquam per triduum habebat, Deo intime vnitus, ieiunuſque omnino per id tempus remanens. (*I*) Similiter extaſes, corporis ab humo eleuationes, vultus irradiatio, inflammatio adeo perferuida vt è capite vapores egrederentur, lacrimarumque conſperſio, dum Sacra miſteria perageret. (*L*) Totidem ſane ſunt, (vltra omnia alia vitæ ſuæ geſta, quæ, nonniſi ex eius amore erga Deum prodierunt) Charitatis illius heroici actus ſpecificati.

QVATENVS vero Charitas reſpicit proximum; à Iunioribus annis

ad

A
Ex Summar. Principali ſuper virtutib. à fol. 118. §§. 6. 7. 20. 21. 29. 30.

B
Summar. à pag. 118. §§. 7. 9. 10. 11. 14. 18. 38. &c.

C
Summ. à pag. 125. §§. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11.

D
Summ. à p. 120. §§. 9. 10. 11. 15. 17. 26. 31. &c. à fol. 36. ad 39. per totum.

E
Summ. à pag. 127. §§. 1. 2. 3. 4. 5. 7 8.

F
Summ. à pag. 117. §§. 1. 8. 10. 11. 15. 23. 28. 40 & pag. 129. §. 4. 8. 9. 12. 13. 14. &c.

G
Summ à pag. 121. §§. 22. 24. 37. & à fol. 192. ad 208. per tot.

H
Summ. à pag. 118. §. 6 pag. 50. §§. 9. 28. 29. 41. &c.

I
Summ. pag 49. §. 6. pag. 63. §. 35. pag. 81. §. 46. pag. 204. §. 85.

L
Summ. à pag. 49. ad 63. per totum, & pag. 123. §. 39.

ad vſque mortem, totus fuit ad procurandum illius bonum, ſiuè ſpirituale, ſinè temporale. (*M*) Hinc præelectio Parochiæ pauperioris, moribus corruptiſſimæ; & habentis aliam Eccleſiam ſibi annexam, reiectis duabus alijs ſibi tùnc oblatis, honorificis, pinguioribus, & commodioribus; eiuſdemque perfectiſſima Conuerſio. (*N*) Hinc inſtitutio ordinis Monialium, quæ ſpecialiter, & ex voto, & gratuitò vacarent fœmineæ iuuentutis inſtructioni ad pios mores, Doctrinam Chriſtianam, lectionem, ſcripturam, & quæuis opificia muliebria, & honeſta; Simulque propriæ ipſarum Sanctificationi; ita vt earum circiter quadraginta Monaſteria erecta eſſent ante illius obitum. (*O*) Hinc reformatio diſſolutiſſimarum octo Abbatiarum (quibus aliæ plurimæ poſt S. D. obitum acceſſerunt) Canonicorum Regularium, ad Dei Cultum, propriam perfectionem, & ſalutem proximi ſtrenuè applicatorum. (*P*) Hinc Inſtitutio plurium ſodalitiorum, & Confraternitatum ad Eccleſiæ Decus, pietatiſque, ac Religionis, inter vtriuſque ſexus fideles, præſidium, & incrementum. (*Q*) Hinc nunquam intermiſſa inſtructio proximi per ſe ipſum, in Eccleſijs, in Scholis publicis, in Domibus priuatis, in vicis, in locis etiam ſubterraneis; Præcipue inſtruens rudiores, pueros, pauperes, peccatores. Et etiam per ſuos diſcipulos, quos ſingulis Dominicis, ac feſtis, mittebat ad pagos vicinos, vt Cathechiſmum, ſimulque Elemoſinas, fidelibus traderent. (*R*) Hinc aſſiduitas in confeſſionibus audiendis, ſæpe ſæpius à Confeſſionali non recedens ab aurora ad occaſum Solis, niſi pro Miſſa celebranda; Semperque cum animarum fructu abundantiſſimo. (*S*) Hinc Zelus nunquam defeſſus pro peccatorum Conuerſione, quorum innumeram multitudinem ad Deum reduxit, verbis, & exemplis, orationibus, & patientia, iniurias, & quandoque verbera libenter ad id tolerans. (*T*) Hinc idem Zelus pro debellatione Hæreſeon, quas in Integro Salm·nſi Principatu penitus extinxit. (*V*) &c.

M *Per totum Summar. paſſim, & ſpecialiter à pag. 138. ad 169. & pag. 47. §. 3.*

N *Summ. à fol. 11. ad 19. & alibi paſſim.*

O *Summ. à fol. 19. ad 30. per totum.*

P *Summ. à fol. 30. ad 33. per totum.*

Q *Summ. pag. 38. §. 18. pag. 44. §. 11. pag. 64. n. 14. p. 203. §. 74. 78.*

R *Summ. à fol. 42. ad 47. & à fol. 138. ad 145. per totum.*

S *Summ. à fol. 47. §§. 2. 4. 7. 8. & f. 141. §. 22.*

T *Summ. à pag. 138. ad 145. per totum, & à pag. 166. ad 169.*

V *Summ. à f. 39. ad 42.*

NEC minori Charitatis feruore proximo adfuit in temporalibus, ſiquidem quæcumque habebat, in elemoſinas pauperibus diſtribuebat, ſcilicet, omnes redditus beneficij, frumentum, vinum, annonas, pecuniam, munera ſibi facta, &c. vix retento pro ſe abſolute neceſſario, ad extremam prope pauperiem ſemper ipſe redactus, vt alijs ſuccurreret; requirens ipſemet ab alijs vnde Elemoſinas pauperibus faceret, cum ipſi è ſuo res deeſſent; Curanſque vt ſui Canonici, & Moniales, pariter indigentibus benefacerent. Vnde omnium voce, *Pater pauperum* nuncupabatur. (*A*) Erga infirmos quoque eadem fuit eius Charitatis ſollicitudo, ac compaſſio; eos modis omnibus iuuans, reficiens cibis delicatioribus, eos ſæpè inuiſens, etiam in loca abiectiora, ſuauiter pieque eos recreans, ijs miniſtrans in vllioribus etiam, & magis ingratis officijs, eadem præſtans, & famulis, & plebeijs, &c. iuxta eos vigil pluries pernoctans; & ſpeciali diligentia curans magis derelictos, & præſertim peſte laborantes. (*B*) Alios quos vis afflictos pari benignitate, & ſuauitate ſolabatur, adeo vt neminem mœrentem à ſe vnquam dimiſerit, licet in ſuis anguſtijs ad eum plerique recurrere ſolerent, affabilis, & officioſus erga omnes, factus omnibus omnia, vt omnes ad Chriſtum lucrifaceret. Suſcipiens peregrinantes maxima cum beneuolentia, ipſis ad menſam ſeruiens, cibos lautiores eis apponi curans, ijſque ad iter agendum pia addens monita. Carceratis ſuccurrens, ac eorum à vinculis liberationem à Principe obtinens. Rixantium diſſidia ſuauiter ſopiens, li-

A *Summ. à fol. 146. ad 156. & alibi paſſim relatis varijs caſibus*

B *Summ. à fol. 156. ad 163. per totum, & alibi paſſim, aſſignatis factis pluribus.*

C *Summ. à fol. 163. §. 1. 2. 3. 4. 5. &c. per totum vſque ad 166.,*

*à pag.*172.§.14.18. *pag.* 174.§§.6.55.37. 60. *à pag.* §.25, 30.

tes amicabiliter in vtriuſque partis ſatisfactionem terminans, inimicorumque odia mira dexteritate extinguens. (*C*) Demum Inimicis quoque ſuis inuicta Charitate benefecit, etiam ſtatim poſt verbera, & iniurias; non ſolum condonans eis ex Corde: Sed ipſos excuſans, pro ipſis orans, eos protegens, in Domum propriam pro aſilo recipiens, eis largiores elemoſinas conferens. (*D*) Ex quibus omnibus, alijſque pluribus toto Summario paſſim obſeruatis, colligitur, quantum Cordi infixa haberet, ea verba, quæ ſæpius in ore habebat, quaſi normam, quam ſibi, ſuiſque propriam deſiderabat, *Obeſſe nemini, & omnibus prodeſſe* ita vt omnium prope animos ſibi Sancte deuincierit. (*E*)

D

*Summ. à pag.*166. *ad* 169. *per totum, relatis eximijs caſibus.*

E

*Summ. à pag.*170. §. 1.2.4.6.7.8.10.11. 12.

F

Proceſ. Tullen. compil. fol. 4219.

SECVNDO circa *Mortificationem*; Vita V. Petri Forerij ſcripta fuit ſub hoc titulo, *L'Huomo mortificato*. (*F*) Et quanto iure inde agnoſcitur, quod ab adoleſcentia vſque ad mortem, in continuam, duriſſimamque ſeruitutem corpus redegerit omnimodis pœnitentiarum operibus. Primo, Vigilijs, ita vt nunquam in Cubili, ſed ſuper ſcamno ligneo, & libro pro ceruicali; aliquando ſuper aceruo lapidum, vel in ſede viminea (dum infirmus aut decrepitus iam erat) ſemperque veſtitus, & ſolo pallio inuolutus ſomnum ſumpſerit: Et quidem tantum per tres, aut ad ſummum quatuor horas quauis nocte; imo non nunquam dies, noctesque integras, & aliquando triduum tranſegerit vigilans, orationi, aut lectioni, alteriue operi pio intentus. (*G*) Secundo, Carnis macerationibus, ſcilicet Cilicijs quæ, donec putreſcerent, continuo cuti hærentia habuit; & flagellationibus quotidie repetitis, adeo atrocibus, vt flagellum, aliquando caſu repertum, tanta copia ſanguinis inſperſum viſum ſit, quæ horrorem videntibus parturierit. (*H*) Tertio, Plagis diù à ſe occultis, & neglectis; altera in dorſo, altera in crure, altera in latere, & altera in tibia, plerumque vermibus, & ſanie ſcatentibus; vnguium etiam intra pedum Carnem, ad Crucis craſſitudinem retortione, abſque vllo tamen in his omnibus impatientiæ ſigno. (*L*) Quarto, Frigorum perpeſſione conſtantiſſima, nunquam (quantumuis illis in partibus rigeret hiems, & licet in decrepita ætate) ad focum accedens, nec in ſuo cubiculo ignem accendi permittens; vnde vultus, manuſque, & alia membra, quandoque gelu penitus correpta, tumida, cruentata, aperta, obſeruabantur. (*M*) Denique abſtinentijs, & ieiunijs; nunquam comedens niſi ſemel in die, idque poſt ſolis occaſum; Cibos ſumens viles, & rudes, & in minima quantitate; vnde præ humorum exſiccatione, nunquam expuebat. Rigidius attamen fuit ieiunium eius per vltimos quadraginta vitæ ſuæ annos, abſtinens à Carnibus (niſi Medici, morbique aliter iuberent) piſcibus, & ouis; Solis vſus leguminibus aqua coctis, & ſale conditis, Vinum non bibens, niſi in decrepita ætate, in qua intinxit aquam paululo vino, ſapore eius prius ex induſtria fœdato. Sæpe dies plures, nocteſque omnino ieiunus agens. Et aliquando per quinque ſeptimanas ſolo ſe pane, & aqua reficiens. (*N*) Quæ omnia eo magis heroica videntur quod V. Petrus Forerius vnde commode viueret habebat, Regulaque Canonicorum Regularium, quam profeſſus fuerat, vix aliquas corporis auſteritates præſcribat.

G

Summ. à fol. 270. *ad* 286. §.3.5.9.10.15. 20.30.32.33.38.44. 61.68. *&c.*

H

Summ. à fol. 270. *ad* 285. §§.6.7.17.19. 25.49.53.63. *&c. & à pag.* 281. §§.7.10. 16.

L

Summ. à fol. 269. §§. 1.2.8.12.13.26.35. 54. *& à f.* 281. §.1.4.

M

Summ. à fol. 269. §§. 4.11.28.36.40.46. *& à f.* 281. §§.6.12.16. 19.23.27.

N

Summ. à fol. 139. *ad* 256. *per totum allatis caſibus valde pluribus, & alibi paſſim.*

TERTIO demùm circa *Humilitatem*. Hæc virtus inter alias in ipſo palmam tenuiſſe videtur, fuitque elementum vere purum, quo ſemper vixit: Etſi enim à tenera iuuentute, ob morum innocentiam, talenta, virtutum excellentiam, grandioraque deindè, & tàm multa geſta ad

Dei

Dei gloriam , Eccleſiæ Decus , omniumque ſalutem, nec non ob præclariora Dei dona in ipſo conſpicua, quaſi vnus , e maioribus Sanctis plurium retro ſæculorum haberetur, etiam apud qoos vis Magnates , tùm Eccleſiaſticos , tùm Ciuiles, ſicut , & apud vniuerſum Populum ; adeò vt ipſi Lotharingiæ Duces , & Duciſſæ, Primariaque Prouinciæ Nobilitas, & alia gens innomera , quaſi msgnam fortunam ambirent ab ipſo benedici , & ad id ſæpè coràm ipſo genuflexi diu inſtarent (O) . Nihilominùs ipſe ſe maximum peccatorem exiſtimabat , ſe reis ad Patibula appenſis iniquiorem sſerebat ; ſique alios cootrarium de ipſo ſentientes audiret, in gemitus, & lachrymas erumpebat. Vndè verba Prophetæ = *à Viro iniquo , & doloſo erue me* , dum celebraret, de ſe ſolo intelligebat ; Dæmonique, per os energumenæ ignem æternum ipſi præparatum mentienti, ſic reſpoodit= *Vere Mereor.* (P) Ideò ſe luce indignum, in Caueroa obſcondendum, & in cęnum proijciendum, quandoque dictitabat. Cumq; ſe Sanctum appellari andijſſet, Deū præcatus eſt quatenùs ipſum humiliaret, & cōfuſione opprimeret. Hinc quoq; per vias ſecretiores ire conſueuerat , Pallio ſe obuoluens ne agnoſcererur . Et licèr Doctiſſimus foret , ac in Theologia licentiatus ; Nihilomioùs pro ignaro, ſtulto , aur idiota haberi ſaragebat. (Q) Viliorem, vt dictum eſt , duabus honorificis ſimul ſibi oblatis , Parochiam prætulit . Alium à ſe , pro Primo Generali Ordinis quem reformauerat, eligi procurauit ; Cumque, illo defuncto, ad eamdem dignitatem votorum omnium vnanimi conſenſu electus fuiſſet, indè ſummè afflictus ſtatim cōqueſtus eſt huiuſmodi electionem ordini probroſam, dsmnoſamque fururam eſſe . Ne ad ei aſſeotiendum cogeretur, præcibus , obteſtatiooibus , vberrimis gemitibus , ac lachrymis ; alijſque, quibus potuit, vijs ſe oppoſoit, nec niſi ex obedientiæ virtute, vt eamdem dignitarem acceptaret adduci poruit (R) . In Generalatu conſtirutus vnum è ſuis inferioribus elegit qui ſibi ſuperioris locum teoeret , ac ipſum de erroribus ſuis reprehenderet . Fratri laico à Congregatione deputato, vt illius vitæ neceſſarijs inuigilsret, eumque curaret , ſtatim quſi ſibi Superiori obediebat . Viliora cubiculi ſui munia, vt vetere ſordes , ipſemet exercebat, recuſsra conſtanter , etiàm famuli, opera (S) In epiſtolis conſcribendis nec dictæ dignitatis figlllo, nec nomine *Generalis* vtebatur; ſed hac ſolum ſubſcriptione *veſter indignus frater , & ſeruus inutilis* . Suis inferioribus aliquaodo sd menſam, & alibi miniſtrabat . Cooſilium in omoibus , etiam ab ijs, requirebat, nec vel in Eccleſijs ſuarum Monialium Sacrum celebrare volebat, niſi petita, & obtenta prius licentia à Monaſterij Præpoſira (T) . Honores huiuſmodi quoſuis implacabili odio exhorrebar . In cætibus honorificis ſe abſcondebat . Pueros , Pauperes , Seruos, alioſque abiectioris cooditionis , non niſi detecto capite alloquebatur . Omnes, admota ad pileum manu , reuerenter ſalutabat, locum honoris ijs præbebat, & etiam pediſſequos alioſque ſimiles conſtsntèr vrgebst, vt eumdem ſupra ſe acciperenr. Submiſſis oculis, modeſtiſſimoque ſemper totius Corporis habitu iocedebat (V) . Ex audiris proprijs laudibus confundebatur, ſumme mœrebat, ac fuſis abundantibus lacrymis lugebat. De Conuitijs è contra, calumnijs, & iniurijs in ſe habitis, iucundabatur . Booa opera ſua omoi diligentia occultabat, ſicut, & præclariora Dooa, ac Chariſmata quibus eum Deus cumulabat. (X) Cùm ſui ipſius pictam imaginem caſu reperiſſet, eamdem ſtatim in minuta fruſta conſcidit . Pariterque concluſiones

O
Summ. à fol. 336 *ad* 342. *per tot.* *& à fol.* 299. SS. 59.72. *& hic infra à n.* 1. *ad* 14.

P
Summ. à fol. 288 SS. 6.7. 8.20.27 32.36.51.68.92 *&c.*

Q
Summ. à fol. 291 SS. 20.23.49.57 62. 66. 69. 73. 116. 140. *& à fol.* 314. SS. 21. 28.35.43.

R
Summ. à fol. 33. SS. 1. 2.3.4.5.7. 8.9.10. *&c.*

S
Summ. à p. 291. SS. 18. 26. 40. 78.86. 87.

T
Summ. à p. 287. SS. 2.3 9.11.15. 24. 38. 43. 54. 67.79.103. *& à pag.* 173. SS. 3. 18.45.63.

V
Summ. à p. 287. *ad* 321. *per tot.*, *& ſpecialiùs* SS. 5.17.19. 22.28. 30. 48. 52.60. 63.76.85. 107., *& à fol.* 316. SS. 15.16. 26.

X
Summ. à p.287. §§.1.4. 6.8.12. 27.92.115. &c. relatis diuerſis caſibus.

Y
Summ.pag.287. §§.4.37.70. 74.

Z
Summ.à fol.322 ad 329. per tot. vbi plurès caſus proferuntur.
&
Summ.fol.396.à §.3. ad §.9.

A
Summ.à fol.292 §§ 21.58.71. & à fol.314. §§.1. 10. 16. 25. 31. 34.38.

B
Summ. à p 314. §§.4. 7. 27. 30. 45.

C
Summ.à fol.342 ad 346. per tot.

D
Toto Summario paſſim, & ſpecialitèr à fol. 225. ad 233.

Theologicas ſibi, ſe inſcio, magnificè dedicatas clam laceraüit. Nomen proprium ſicut perſonam deſiderans perpetua obliuione deleri. Ex quo cùm è ſuis quidam aliquando coràm ipſo dixiſſet, vitam ipſius in poſterum ſcribendam, & publicè legendam fore, hæſit confuſus ad talia verba, dicentiſque licentiam ſeueriori, & graui vultu obiurgauit, nec à lachrymis temperare valuit, donèc rem ſolum per iocum dictam fuiſſe certior factus eſt (Y). Veſtes pauperrimas, decolores, magis detritas induit, nec nouas, niſi veteribus valdè laceris, aut ex obedientia, vnquã aſſumpſit, tantiſper exornatas exhorruit, & eadem paupertas in alijs ad eius vſum ſuppellectilibus ſemper enituit (*Z*). Quantum valuit, humilitatem præcipuè voluit ſuis eſſe in precio: eam *virtutum Matrem* vocabat, & de ipſa ſcripſit talia, vt non niſi à Seruo Dei vſquequaque humili, vnquam concipi potuiſſe, ſtatim videas quicumque legit; nimirum in Libro cui Titulus = *Il Primitiuo, e legitimo Spirito*, dato in Summario(&). Vltimos vitæ ſuæ annos, venerandus ſenex, Reformatique à ſe Ordinis Superior Generalis, Pueros, iuueneſque rudiores docendo in infima ſchola, voluit inſumere, applicatis ſuis Canonicis ad claſſes Superiores. Et in hoc humili miniſterio ſimul cum ſcholaribus eodem in ſcamno ſedebat, docebatque ſumma cùm manſuetudine, & ſui demiſſione factus ipſe paruulus. (*A*) Cùm præ Sanctitatis fama omnes, tunc præſertim, etiam Sacerdotes, vt Principes, eius benedictionem inſtantèr requirerent, reſpondebat = *Non decere peccatorem maximum ſibi ſimilem alios benedicere*, vndè non ſolùm benedictionem impartiri renuebat, ſed ipſe potiùs ad aliorum pedes prouolutus ab ijs eam præcabatur. (*B*) Tandem ſicut ex humilitate ſemper vixerat, ita nõ niſi poſt inſignes iſtius virtutis actus per lethalem morbum editos obdormijt. Sacrum enim recepturus viaticum, non ſolum eo ſe indignum confeſſus eſt, ſed addidit *digniſſimum ſe econtra eſſe qui in fœtidum Vrbis pomærium proijceretur, futurus Canibus, & Coruis vile pabulum.* Non in propria innocentia (de qua anteà) nec in bonis operibus per totum vitæ Curriculum à ſe patratis, oculos morti proximus figere voluit, ſed maximè in Dei miſericordiam, Virginiſque Matris auxilium, ſpem, fiduciamque habere conſtituit, vndè præſertim hæc verba *habemus bonum Dominum, & bonam Dominam*, auribus ſuis in agonia conſtituto perſonare peroptauit. Inter Pſalmos hunc Pœnitentialem *Miſerere mei Deus*, ſibi recitari prælegit; ſed ad has voces *ne proijcias me, e facie tua*, ter eas ipſe repetijt, & cùm adeò abundantibus lachrymis, ac gemitibus, vt intèr eas prope exſpirauerit. Verùm legendus in Summario fælix eius obitus, obſeruandaque omnia in eiuſmodi exitu humilia, piaque dicta.) C.

Abſit vero, vt adeò profunda, raraque Humilitas, tantiſper cuiuis ex eius alijs virtutibus derogauerit, præſertim huic animi celſitudini, ac fortitudini Chriſtianæ, quæ Sanctos sũmopere decet; Quin potiùs Magnanimitatis, heroicæque fortitudinis, non minùs miranda quam humilitatis, in ipſo depræhenduntur exempla (*D*) Obſeruatur enim, quod nec Supremis Lotharingiæ Ducibus, quamuis natus eſſet ipſorum ſubditus, ab ijſque in ſummo honore, ac beneuolentia haberetur, ceſſerit vnquam; ſicut nèc quibus vis alijs, vbi pro tuendis Eccleſiæ moribus, ac iuribus ipſi agendum fuit. Hinc generoſum illud S. Ioannis Baptiſtæ verbum = *Non licet tibi*, libere dixit Carolo IV. circa famoſum eius, cum Beatrice de Cantecroix, Matrimonium, à Summis Pontificibus Vrbano VIII., & Innocentio X. poſtcà reprobatum. Nèc

vn-

vnquam, quantumuis inſtanter rogatus à perſonis, quas aliundè valde reuerebatur, potuit vlla conſideratione adduci, vt dicto Matrimo- E
nio aliqua ſubſcriptione annueret (*E*) Eadem intrepiditate ſeſe oppo- *Summ.pag.*225.
ſuerat Franciſco Duci II. quædam facturum ſe, contra quod par erat, SS.2. 19.
aſſerenti. *Non facies*, dixit S.D. *Et quis impediet?* ait Princeps, *Deus*
ipſe, Deus, cuius nomine, inquit Forerius, *ego tuo huic Conſilio me op-*
pono. (*F*) Pariter Franciſco à Lotharingia Epiſcopo Tullenſi, recen- F
ter facto Cardinali gratulantibus alijs circa Cardinalatus dignitatem, *Summ.pag.*227.
ipſe ſincere, & ſerio his verbis locutus eſt. *Nos autem* (Canonici Re- SS.4.15.17.
gulares) *præter ſecretiores in gratiarum actionem orationes, nihil læ-*
titiæ exterioris agemus, donec innotuerit voce publica, in adminiſtran-
da hac Diœceſi Eminentiam Veſtram, & Eccleſiæ expectationi, & G
Summi Pontificis opinioni reſpondere (*G*). Nec diſſimilitèr erga Ioan- *Summ.pag.*226.
nem de Malianes D. Cardinalis prædeceſſorem in diuerſis caſibus ſe SS.3. 14.
habuit; ſed præſertim, Dum eum per duas horas in Pœnitentiæ Tri-
bunali detinuit, eius conſcientiam diſcutiens; nec abſoluere eum
voluit niſi prius tria promitteret, nimirum; Primo pluralitati Benefi-
ciorum ſe ceſſurum. Secundo viſitaturum frequentius ſuam Diœceſ-
ſim. Tertio inueterato cùm quadam familia diſſidio finem facturum. H
(*H*) Ex quibus factis, & alijs propè ſimilibus ibidem relatis eo magis *Summ.pag.*225.
commendanda videtur S.D. Humilitatis Hæroicitas. SS.1.18.34.

Ecce itaque actus quamplurimi ſpecificati, virtutum (quæ ſunt præcipui Sanctitatis caracteres, eorumque Hæroicitas ſatis aliàs demonſtrata in erudita informatione poſitionis ſuper præſenti dubio) hic ex nuda, ac ſimplici ipſorum expoſitione iterum videtur ex ſe ſe ſplendeſcere. Et ſanè ſi Hæroici non ſint, vix in vlla Sanctorum *Confeſſorum* vita tales reperire licebit; *Dum* enim reuoluimus vitas v.g. Sanctorum Cajetani Thienei, Ignatij de Loyola, Philippi Nerii, & ſimilium, quorum vocatio eadem propè fuit, ac noſtri Venerabilis, alios ſpecifice actus non reperimus, in ratione hæroicitatis, ab iſtis mox relatis, alijſque multis, tum ad eaſdem virtutes, tum ad aliàs etiam, ſpectantibus paſſim in toto Summario exhibitis.

Attamen vnum vlterius precamur obſeruari, de quo non videtur controuerſiā excitari poſſe; nempè Sanctitatem eximiorum Seruorum *Dei* explorandam eſſe, non ſolum ex eorum actibus ſimplicitèr, & hiſtoricè relatis à teſtibus; ſed etiam ſimul ex certo quodam Chriſti bono odore, quodam S.Spiritus feruore, atque erga omnes virtutes certo affectu; qui obſeruantur quidem, & ſentiuntur à præſentibus; (Vndè conceptum Sanctitatis huiuſmodi Seruorum *Dei* efformant) ſed vix in depoſitionibus poſſunt exprimi, difficiliuſque de ijſdem, vt par eſſet, abſentes poſſunt informari. Quare nihil videtur æquius in ferendo iudicio de alicuius S.*D.* Sanctitate, quam vt maxima habeatur ratio exiſtimationis, ac fidei eorum qui cum ipſo conuerſati ſunt, præſertim ſi non ex plebe ſolùm ſimplici, & credula fuerint, ſed ex gente primaria, viris quæ dignitatibus, doctrina, Religione, & pietate conſpicuis. Et ideò è re viſum eſt, ad ſemper magis abundantem dictæ difficultatis confutationem, quædam ex huiuſmodi viris ſenſa autentica circa noſtrum Ven. ex Summario deprompta, conciſius hic repetere.

I. TOTVS ordo Præmonſtratenſium Reformatorū, in ſuis Comitijs Generalibus anni 1671. in voto ad Ven. Forerium pro obtinenda gratia quam conſecutus eſt, vt videbitur vbi de Miraculis, ſic mentem ſuam expreſſit = *All'Humiliſſimo Seruo di Dio il R. P. Pietro Fourier, che*

Ex Summ.ſuper virtutib.nu.67. pag.385. vbi votum integrè relatum eſt, cum ſubſcriptione Patrum Capituli Generalis.

noi crediamo, ſenza heſitare godere Iddio nello ſplendore de' Santi nel Cielo in vna grandiſſima eleuatione di meriti, ſtima, e potere appreſſo Iddio ..... Gloria accidentale nella Chieſa militante, come eſſentiale nella trinmphante.

Humiliſſimo Seruo di Dio ...... L'obedienza che douiamo alla Santa Sede non permettendoci per anche di driſſarui degl'Altari, conforme i noſtri deſiderÿ, ne di darui con publico Culto la qualità di Santo, che voi poſſiedete, come noi crediamo ſenza heſitare, per la fede, e credenza priuata delle noſtre anime, à pieno perſuaſe di queſta verità, e de i gran meriti delle voſtre opere riſplendenti, delle quali la maior parte di noi ſiamo teſtimonÿ oculari, e per cui Iddio vi rincompenſa con la ſua gloria da trenta anni doppo la voſtra morte. Noi habbiamo creduto non poter meglio indrizzarci à voi che ſotto la qualità di Humiliſſimo Seruo di Dio, *che noi vi habbiamo veduto pratticare con tanto eſempio, e di cui voi riceuete la glorioſa ricompenſa al preſente.*

Plerique Teſtes oculares.

Ibid. pag. 335. §. 6. Teſtis ocularis.

II. De Eminentiſſimo Cardinali de Berullo. Teſtis CXIII. Proceſſus auctoritate Apoſtolica, deponit ſequentibus verbis = *Cùm Pariſÿs Nancium veniſſet, circiter annum 1620. D. Eminentiſſimus Cardinalis Berullus, inuenit ibi Ven. S. D., & cum illo per aliquot dies collocutus eſt, & tanta, tamque manifeſta eius Sanctitatis ſigna animaduertit, vt digreſſus ab eo vbique illam prædicaret, ſuiſque alumnis diceret, ſi optarent virum verè Sanctum videre, pergendum eſſe in Lotharingiam, vbi Ven. Pater Petrus Forerius, dictus de Mataincuria, Sanctiſſimam vitam agebat.* Et huic teſti conſonans alter, ſcil. XVI. ſic eiuſdem Cardinalis verba reddit = *diſſe eſſendo di ritorno à Parigi che ſe ſi voleſſe vedere tutte le virtù aſſieme, e guardarle con vna ſola occhiata, biſognaua andare in Lorena, oue ſi vedrebbero tutte nella perſona del Padre di Mataincuria.*

Ibid. pag. 334. §.3.

Hæc Epiſtola data fuit integras in Summ. poſitionis pro Signatura Gratiæ f. 68. pro cuius reaſſũptione ſupplicatur. Teſtis ocularis.

III. Henricus Epiſcopus Ebroicenſis in Epiſtola ad beatæ memoriæ Clementem X. ſic ſcribit = *Percrebruit paſſim in Lotharingia ab annis pluſquam quinquaginta ingens rumor eximiæ ſanctitatis V.S.D. Petri Forerij, aliàs de Mataincourt, Religioſi Ordinis Sancti Auguſtini. Sed quod ampliori animaduerſione videtur digniſſimum, fama virtutum quibus erat inſignitèr adornatus, noua in dies ſuſcepit incrementa. Vidi illum in tribus Ciuitatibus Muſſi Ponti, Nanceÿ, & in Vrbe Lunenillenſi, vbique audiebatur apud omnes vt Sanctus.* (Hic diffusè Epiſcopus explicat mirandas virtutes quas in S. D. obſeruauerat; & demum ſic concludit = *Hæc ſunt Beatiſſime Pater quæ in tanta virtutum ſegete leni manu delibaui, vt innoteſcat apud omnes Chriſti fideles, & præſertim apud Sanctitatem Veſtram, Nos in hac mente verſari, nimirùm Viro hoc, quantum grauiori coniectura poſſumus aſſequi, nuſquam vllum à multis ſæculis in toto Orbe Chriſtiano vixiſſe Sanctiorem &c.*

Summ.pag.372. §.14. vbi refertur integra Epiſtola.

IV. Henricus Epiſcopus Anicienſis ita gratias agit pro vita S. D. ipſi data = *E vn dono, che ſtimo molto, poiche tratta della ſantiſſima vita di vna perſona, che hò hauuto l'honore di conoſcere, e che io conſidero ſotto i riſpetti, che deuo alla Santa Sede, come vno de maggiori Serui di Dio, che ſiano ſtati nella Chieſa di molti ſecoli &c.*

Summ.pag.337. §.16.

V. Ioannes Epiſcopus Saguſienſis ſcribens de Seruo Dei circa ſpem eius Beatificationis, ſic ait = *Dio condurrà ſenza dubbio ad vn feliciſſimo fine, circa la Beatificatione del maggiore de' Santi del noſtro ſecolo. Io sò in quanta veneratione è la di lui memoria in Francia. La Regina Madre non ne parlaua mai ſe non con vn profondiſſimo riſpetto, e per cui, che*

ſanno

Digitized by Google

ſanno la di lui vita, non hanno minore deuotione delli figlioli di Ma-taincourt. Et Idem in Epiſtola alia ſic ſe explicat . . *Io deſidero ardentemente, che l'opera trapreſa per la di lui Beatificatione ſia ben preſto terminata; e che noi facciamo in publico quello, che hò ſempre fatto nel cuore &c.* Ibid. §.17.

VI. De Reuerendo Admodum Patre Ioanne Fourier pluriès Prouinciali Societatis Ieſu, Directore Sancti Franciſci Saleſij, & ſimùl noſtri Venerabilis, ſic deponit Teſtis XLII. *Proceſſu Tullen.* auctoritate *Apoſtolica = Che il defonto Padre Giouanni Fourier Prouinciale della Compagnia di Giesù, quale era ſtato Direttore di S. Franceſco di Sales, e del detto Venerabile Seruo di Dio, facendogli Elogij di queſti due grandi Perſonaggi haueua detto in preſenza di molti Gesuiti, che il detto Venerabile Seruo di Dio ſoprauanzaua in qualche modo S. Franceſco di Sales, e con paſſo Giganteſco caminaua nella ſtrada della Perfezione.* Et Teſtis XVI. de eodem idem referens ſic ait = *Che il quondam Padre Giouanni Fourier, il quale era ſtato più volte Prouinciale della Compagnia di Giesù, e Direttore del detto Venerabile Seruo di Dio parlando à ſe, & à molte altre delle loro Madri anziane, diſſe loro; Se haueſſi à parlare del Voſtro buon Padre Pietro Fourier, io ne direi coſe più ammirabili, che del Signor di Sales* . . . *Aggiunge, che il Padre d'Harancourt Prouinciale della medema Compagnia hà ſpeſſo parlato del detto Ven. Seruo di Dio alla deponente con ſtima d'un gran Santo, del quale ne portaua l'imagine ſopra di ſe.* Summ. fol. 335. §. 4. Ibid. pag. 338. Ibid.

VII. De Reuerendiſſimo P. Nicolao Guinet ſuperiore Generali Canonicorum Regular. Congr. Sal. Noſtri ſic aſſerit Teſtis XVI. *Eſſo Padre Guinet, che ſtaua vicino alla morte haueua detto di hauer oſſeruato eſattiſſimamente le attioni del detto Venerabile Seruo di Dio, il quale haueua all'hora 68. anni, che non vi haueua notato coſa, che non meritaſſe lode, ed approuatione. E ch'egli morì nell'opinione, che il detto Venerabile Seruo di Dio era vno de' più gran Santi, che foſſe nella Chieſa di Dio.* Summ. pag. 338. in initio.

VIII. De celeberrima Ancilla Dei Domina de Chantal ſic aſſerit Teſtis XVI. Proceſſu auctoritate Apoſtolica = *Che la quondam Signora di Chantal nodrita, & educata nella Scuola di S. Franceſco di Sales; hauendo viſto caminare per la Città il Venerabile Seruo di Dio, diſſe, che ſe la fama della Sua ſantità non glielo haueſſe fatto conoſcere, ella l'hauerebbe preſo per vn Santo, hauendo viſto la ſua rara modeſtia.* Summ. fol. 267. §. 13.

IX. De Lotharingiæ Ducibus, ſupremaque eius nobilitate ſic ait Teſtis XXXVI. cui plures alij conſonant = *Che la ſtima, e riputatione del Venerabile Seruo di Dio è ſtata ſempre come di vn Santo.* . . *Et eſſa è ſtata, & è frà li Prencipi, e Perſone di gran qualità, come la buona memoria di Sua Altezza Carlo IV. Duca di Lorena, il buon Duca ſuo Socero Henrico. Madama la Vedoua Margarita Gonzaga, il Sig. Duca Franceſco Cardinale, il Sig. Prencipe di Falzebourg, Madama la Ducheſſa Nicola, Madama la Prencipeſſa Claudia, & il Sig. Marcheſe di Moy, i quali tutti ne parlauano come di vn Santo.* Summ. pag. 339. & à pag. 336. ad 342.

Creuit verò adeò poſt mortem S. D. hæc ſanctitatis illius apud omnes opinio, factuſque eſt ita prodigioſus ad eius tumulum tùm Eccleſiaſticorum, tùm Laicorum concurſus, vt aliud indè virtutum illius heroicitatis argumentum habeatur vrgentiſſimum; de quo ſimilitèr ex Summario pauca iuuabit repetere.

X. Teſtis I. Proceſſ. Tullen. auctoritate Apoſtolica ſic depoſuit = *Promiſcuus, & quotidianus omnis generis ſtatus, & conditionis hominum* Summ. à pag. 341. ad 362. per

totum vbi idem, & ſimilia à pluribus teſtibus affirmantur.

ad eiuſdem Serui Dei tumulum concurſus abundè teſtatur, & quàm inſolitam eiuſdem ſanctitatis opinionem conceperint qui tàm ſapè, & frequentèr ad eumdem tumulum V.S.D. affluant; inter quos in ſpecie viſi ſunt infradicti cum magna deuotione, & populorum ædificatione accedere; ſcilicèt Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D.Dominus Epiſcopus, & Comes Tullenſis Iacobus de Fieux, qui ad tumulum Serui Dei expreſsè venit vota ſua redditurus. Sereniſſimus Princeps Dux Lotharingiæ Carolus Quartus, ſtans Mirecuriæ, qui anno 1662, ad idem ſepulchrum dicti Serui Dei per nouem dies Religioſiſſimè, & maxima cum pietate acceſſit. Illuſtriſſimus D.Grimaldi Princeps de Luxin. Plurimi diuerſorum ordinum Prouinciales, Abbates, & Religioſi, Canonici, & Sacerdotes innumeri inibi Miſſam celebraturi . . . omnis ferè multitudo Virorum Nobilium huiuſce Prouinciæ Lotharingiæ, Illuſtres Conſiliarij, ſeù Senatores Curiæ &c. Plurimæ Abbatiſſæ, & Matronæ, aliaque innumeræ dictorum Regnorum, Prouinciarum, & Locorum promiſcui ſexus deuotæ perſonæ, quæ omnes venerunt ad d. Ven. S.Dei tumulum orationes ſuas fuſura ad Deum, quarum multæ per plurium ibi dierum ſpatium remanſere.

Vbi ſupra fol. 1488.

XI. Teſtis XXXVI. Incola Mataincuriæ ipſius, cui concordant plures alij paritèr eiuſdem loci, ſic affirmauit in Proceſſu Tullen. auctoritate Apoſtolica = *Che da quarant'anni in quà, che il Corpo del detto Venerabile Seruo di Dio è ſotterrato in Mataincourt, hà viſitato il ſuo ſepolchro tante volte, che non ne puole dire il numero, andandoci quaſi ogni giorno . . Hà viſto, & inteſo dire, che molte altre perſone ſono andate à viſitarlo, come Monſignor Du Sauſſay Veſcouo Tullenſe vltimamente morto, e Monſignor di Fieux preſentemente Veſcouo del detto Toul. La buona memoria di ſua Altezza di Lorena Carlo Duca IV. Il Sig. Duca Franceſco ſuo fratello, il Sig. Duca di Vaudemont. Il Signor Marcheſe di Moy, il Sig. Principe di Liſbona, Madama la Ducheſſa di Cantecroix, Madama la Principeſſa di Liſbona, Madama di Lenoncourt Abbadeſſa d'Epinal, il Sig. Marcheſe di Lenoncourt ſuo fratello, Madama l'Abbadeſſa di Porſais, il Signore, e Madama la Marcheſa di Gerbeuiller. Il Sig. Abbate di Chaumouſei, il Signor Abbate di S.Maria del Ponte à Monſſon, molti Conſiglieri della Corte, del Parlamento di Metz, molti Canonici, molti Sacerdoti Secolari, e Regolari, e molt'altre perſone d'ogni ſeſſo, e conditione.*

Ex eo, quod Seruus Dei vocaretur *Petrus*, ex ſe elegerũt Populi feſtum S. Petri Apoſtoli, pro exhibenda V. Forerio ſpecialius ſua deuotione die iſto, & hinc in eo numeroſior ſolet eſſe populorum concurſus

Agginnge, che il giorno di S.Pietro, e San Paolo nel meſe di Giugno, paſſato, eſſendo in detto Mataincourt, vidde vn concorſo di Popolo coſi grande, che à pena ſi poteua entrare nella Chieſa; e non paſſa giorno, che non vi ſiano Pellegrini quali egli v'hà viſto in gran calca li giorni di feſta, e Domeniche, il quale concorſo ſi fà per cauſa, che tutti tengono il detto Ven. Seruo di Dio per vn Santo credendo, che puole intercedere appreſſo Iddio per quelli, che l'inuocano, ciò ch'il deponente hà ſempre creduto &c.

Proceſſ. Tullen. auctorit. Apoſt. fol. 1533.

XII. Teſtis XXXIX. ſimilitèr Mataincurienſis ſic depoſuit = *Ch'eſſendo habitante in Mataincourt . . d'hauerui viſto quaſi ogni giorno vn gran concorſo d'ogni ſorte di perſone, che ben ſpeſſo e'è fatiga d'entrarui per ſentire la Meſſa. Vi hà viſto Monſignor di Fieux al preſente Veſcouo &c. . e molte Carroze ripiene di Nobiltà, & il giorno della feſta di S.Pietro, e San Paolo paſſata, vidde vn così grande concorſo di Pellegrini, e Pellegrine, che ſi fece il conto di quattro mila communicanti in quel giorno &c.*

XIII. Teſtis XVII. cui concordant plures alij ſub eodem numero ſic ait;

Il

Digitized by Google